3

REGVLAE

omnes: ordinationes, & conſti-
tutiones Cancellariæ S. D. N.
D. Pauli diuina prouidentia
Papæ IIII.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Impreſſum Romæ apud Antonium Bladum
Impreſſorem Cameralem.

Regulæ ordinationes, & conſtitutiones Cancellariæ S. D. N. D. Pauli diuina prouiden= tia Papæ IIII.

SANCTISSIMVS in Chriſto pater, & Dominus noſter, Dominus Paulus diuina prouidentia Papa IIII. ſuorũ prædeceſſorum veſtigiis inhærendo, normam & ordinem rebus gerendis dare volens, in craſtino aſſumptionis ſuę ad ſummi apoſtolatus apicem, videlicet Die XXIII. menſis Maii, Anno Domini. M. D. L. V. Reſeruationes, conſtitutiones, & regulas infraſcriptas fecit, quas etiam eo tunc ſuo tempore duraturas obſeruari voluit, & quas nos Alexander Sancti Leurentii in Damaſo Diaconus Cardinalis. S. Ro. Ec. Vicecancellarius, die XXX. Menſis Maii anni prædicti in Cancellaria Apoſtolica publicari fecimus.

A. Vicecan.

IN primis, Reſeruationes fecit, ſimiles il-lis, quæ in conſtitutione fe. recor. Bene-dicti Papæ xii. quæ incipit, Ad regimen con tinentur, & illas locum habere voluit, etiam ſi officiales in eadem conſtitutione expreſſi, apoſtolicæ ſedis officiales, ante obitum eo-rum eſſe deſierint, quo ad beneficia, quæ tem pore quo officiales erant obtinuerant, ac re-ſeruauit beneficia, quæ per conſtitutionem piæ me. Ioannis. xxii. quæ incipit, Execra-bilis, vacant vel vacare contigerint.

Reſeruatio Cathedralium eccleſiarum, & monaſteriorum, valorem ducen-torum florenorum, excedentium.

ITEM reſeruauit generaliter, omnes ec cleſias patriarchales, principales, archiepiſco-pales, epiſcopales, necnon omnia monaſte-ria virorum valorem ducentorum floreno-rum auri communi exiſtimatione exceden-tia, & voluit, quod exceſſus huiuſmodi in li teris exprimatur.

Reſeruatio dignitatum necnon ſuorum & S. R. E. Cardinalium familia-rium beneficiorum.

Item

ITEM reſeruauit generaliter diſpoſitio ni ſuę, omnes dignitates maiores poſt pontificales, in Cathedralibus, & Metropolitanis, necnon valorem decem florenorũ auri com muni extimatione excedentes, principales in collegiatis. Reſeruauit etiam prioratus, prępoſituras, præpoſitatus, ac alias dignitates conuentuales, & præceptorias generales, ordinum quorumcunque ſed non militiarum, ac quęcunque beneficia, quæ ſui, etiam dum Cardinalatus fungebatur honore, exiſtentes, & Sanctæ Rom. Eccle. viuentium, nũc & qui erunt ſuo tempore, Cardinalium familiares, continui commenſales obtinent, & impoſterum obtinebunt, eorum familiaritate durante, ac in quibus, ſeu ad quæ ius eis cõ petit, aut competierit, etiam ſi ab ipſa famiª liaritate per obitum Cardinalium eorundẽ, vel alias receſſerint, Ac fe. re. Pauli. II. Innocentii. viii. Adriani. vi. & Pauli. iii. ac Iulii. iii. necnon Marcelli ii. R. Pon. prædeceſſorum ſuorum veſtigiis inhærendo, declarauit, dignitates, que in Cathedralibus vel Metropolitanis poſt pontificales non maiores exiſtunt, & quæ ex apoſtolicæ ſedis indulgentia, vel ordinaria auctoritate, aut conſuetudine præ ſcripta, vel alias quouis modo in collegiatis

ecclesiis ptincipalem præeminentiam habe re noſcuntur, ſub reſeruatione prædicta cõprehendi debere.

Reſeruatio beneficiorum Collectorum, & Subcollectorum.

ITEM reſeruauit generaliter, omnia beneficia eccleſiaſtica quorumcunque Collectorum, & vnicorum in quacunq; ciuitate, vel Dioce. qui ſuo tempore eorum officia exercuerint ſubcollectorum, fructuum & prouentuum Cameræ Apoſtolicæ debitorum, illa videlicet beneficia duntaxat, quæ durante eorũ officio obtinuerint, ac in quibus, ſeu ad quæ ius tunc eis competierit.

Reſeruatio beneficiorum curialium, dum Curia transfertur.

ITEM reſeruauit omnia & ſingula beneficia eccleſiaſtica quorumcunq; curialium, quos, dum curia Romana de loco ad locum transfertur, eam ſequendo decedere contigerit, & in quouis loco quantumcunque etiam a dicta curia remoto.

Reſeruatio beneficiorum Cubiculariorum, ac curſorum ſuorum.

ITEM reſeruauit generaliter, idem D.

N. pp. diſpoſitioni ſuæ, omnia beneficia Cubiculariorum, & Curſorum ſuorum.

Reſeruatio beneficiorum Eccleſiarum Sancti Petri, Sancti Ioannis Lateranenſis. S. Mariæ Maioris de Vrbe, ac beneficiorum Cardinalium a Romana Curia abſentium.

ITEM reſeruauit diſpoſitioni ſuæ generaliter quæcunq; canonicatus & præbendas, ac dignitates, pſonatus, & officia, in principis apoſtolorum Sancti Ioannis Lateranēn. ac beatæ Mariæ Maioris, de Vrbe Eccleſiis. Necnon ad collationem, prouiſionē, & præſentationem, ſeu quamuis aliam diſpoſitionem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium a Romana Curia abſentium, ratione ſuorum Epiſcopatuum, Cardinalatus & ipſorum Cardinalium titulorum, ſpectantia, quandiu abſentia ſua durauerit, canonicatus & præbendas dignitates perſonatus, adminiſtrationes, vel officia, cęteraque beneficia Eccleſiaſtica, cum cura, vel ſine cura vacantia, & in antea vacatura, tam in eadem vrbe, quam in Eccleſiis, ciuitatibus & Dioc. dictorū Epiſcopatuū conſiſtentia. Ac decreuit irritū &c.

De literis in forma Rationi congruit expediēn.

ITEM voluit idem Dominus noſter p̄p̄. quod conceſſa per Iulium & Marcellū prædeceſſores eorum, & de ſuo mandato, expediantur in forma rationi congruit, ſub die coronationis ſuæ vt moris eſt, & idē quo ad conceſſa per fe. re. Paulum p̄p̄. iii. etiam p̄deceſſorē ſuū, ad ſex mēſes duntaxat, ab ipſa die coronatiōis incipiēdos obſeruari voluit.

Reſeruatio omnium eccleſiarum, quas prædeceſſores tempore obitus reſeruauerant, pariter beneficiorum tunc vacantium tanquam affecta.

ITEM declarauit, omnium & ſingularum eccleſiarum Cathedralium, & monaſteriorum, prouiſiones, quas præfati prædeceſſores ſui, ordinationi & diſpoſitioni eorum, necnon omnia, & ſingula beneficia eccleſiaſtica, quæ dicti prædeceſſores, etiam, præfatæ diſpoſitioni, cum interpoſitione decreti reſeruauerant, quæ quidem Eccleſiæ, & monaſteria, necnon ſic reſeruata beneficia, tempore obitus eorundem prædeceſſorum vacabant, aut Eccleſiæ, vel momaſteria huiuſmodi ſi commendata, vel eis adminiſtratores deputati non fuiſſent, etiam tunc vacaſſent, remāſiſſe, & remanere per huiuſmodi reſeruacionem, decretum affecta, nullumque de illis

de illis prꝗter Romañ. Pontificem, ea vice ſe intromittere, vel diſponere potuiſſe, ſiue poſſe quoquomodo: decernens irritum & inane ſi ſecus de illis attentatũ forſan erat tunc, vel impoſterum contigerit attentari.

Reualidatio literarum prędeceſſorum, gratiam vel iuſtitiam continentium, ac reſtitutio in priſtinum ſtatum, ad exequendum, ac ſi inchoatio infra annum facta fuiſſet.

ITEM prædictus Dominus noſter, omnes & ſingulas ab ipſis prædeceſſoribus ſuis infra annum ante diem obitus eorum conceſſas, gratiæ vel iuſtitię literas, temporibus debitis earum executoribus non præſentatas, omnino reualidauit, & in ſtatum priſtinum in quo, videlicet ante fuerant, vel pro quibus erant obtentæ, quoad hoc plenariæ reſtituit, ac decreuit per executores prædictos vel ab eis ſubdelegandos, perinde ad ipſarum executionem procedi poſſe & debere, ac ſi exceptio huiuſmodi temporibus prædictis inchoata fuiſſet.

Reuocatio expectatiuarum & aliarum gratiarum.

ITEM reuocauit quaſcunq; expectatiuas, & collationum mutationes, ac reualida-

tiones, & extenſiones, eas quomodolibet cõ-
cernentes, etiam ſi qui per eas in canonicos,
ſub expectatione præbendarum, vel portio-
num creati aut recepti fuiſſent. Necnõ alias,
quam ſuper quibus per cancellariam apoſto
licam literę in forma ſolita expediri conſue-
uerunt, reſeruationes, etiam mentales perin-
de ac ſi non emanaſſent, de quibuſuis etiam
Patriarchalibus, Metropolitanis, et aliis cathe
dralibus eccleſiis, ac moneſteriis, & beneficiis,
vacaturis cum prouiſionibus, & commendis
aliiſque diſpoſitionibus; ſeu de prouiden-
do, & commendando, aliaſque diſponendo
mandatis, & extenſionibus inde ſecutis. Nec-
non abſque conſenſu coadiutorias, ſeu coad-
iutorium deputationes, etiam cum ſucceſſio-
ne, per dictos Iulium & Marcellum ac alios
Ro. Pontifices ſuos prædeceſſores, in fauo-
rem quarumcunque, & quibuſcunque etiam
Sanctæ Romanę Eccleſiæ Cardinalibus e-
tiam ſub quibuſuis verborum formis etiam
motu proprio, & de apoſtolicæ poteſtatis
plenitudine ſeu conſiſtorialiter, conceſſas &
factas. Ac facultates nominandi, reſeruandi,
conferendi, commendandi & alias diſponen
di, quæ ab eiſdem prædeceſſoribus emana-
rũt illarumque vigore factas nominationes

& reſeruationes, quoad ea, in quibus nõdum vere, non autem per decretum in illis appoſitum, ſunt ſortitæ effectum, nec alicui, quaſcunque declarationes, aut præſeruatiuas, vel ex tunc prout ex die reuocationis huiuſmodi reſtitutiuas, & reualidatiuas clauſulas, vel adiectiones, etiam ſi in eis decretum eſſet, illas ex tunc effectum ſortitas eſſe, & ius in re quæſitum fore, aduerſus reuocationem huiuſmodi, in aliquo ſuffragari, ac tenores & formas omnium præmiſſorum pro expreſſis haberi voluit.

Reuocatio vnionum.

ITEM rationibus ſuadentibus cauſis, ipſe Dominus noſter omnes vniones, annexiones, incorporatiões, ſuppreſſiones, extinctiones, applicationes, & diſmembrationes, & etiam perpetuas, de quibuſuis Cathedralibus, necnon aliis Eccleſiis, Monaſteriis, dignitatibus perſonatibus, officiis, ac locis, & beneficiis Eccleſiaſticis, per ceſſum vel deceſſum, aut quamuis aliam dimiſſionem, ſeu amiſſionem qualiacunque fuerint, inuicem, vel aliis Eccleſiis, Monaſteriis, menſis, dignitatibus, perſonatibus, officiis, beneficiis piis, ac aliis locis, vniuerſitatibus, etiam ſtudiorum generalium, & collegiis, etiam in fauorem Sanctæ

Romanę Eccleſię Cardinalium, ſeu Eccle-ſiis, Monaſteriis, & beneficiis, per eos obten-tis quomodolibet, Apoſtolica, vel alia qua-uis auctoritate factas, quæ ſuum ſortitę non ſint effectum, ac quæcunq; conceſſiones, & mandata ſuper vnionibus annexionibus, & incorporationibus, ac aliis pręmiſſis taliter fa ciēdis reuocauit, caſſauit, & irritauit, nulliuſq; decreuit exiſtere firmitatis, nec alicui quaſ-cunq; clauſulas, vel adiectiones in quibuſuis Apoſtolicis, etiam quę, Motu proprio aut ex certa ſcientia, etiam conſiſtorialiter proceſſe-rant, & emanauerant literis, etiam ſi in eis decretum eſſet, illas ex tunc effectum ſortitas eſſe, aut ius quæſitũ fore, quomodolibet con tentas, aduerſus reuocationem, caſſationem, & irritationem huiuſmodi voluit aliquate-nus ſuffragari.

Reuocatio facultatum conceſ-ſarum quibuſcunq;.

ITEM reuocauit quaſcunq; facultates conceſſas quibusuis Patriarchis, Archiepiſco pis, Epiſcopis, ac aliis pręlatis, & pſonis, Nec-non apoſtolicæ ſedis nunciis, ac fructuũ & prouentuum Camerę Apoſtolicæ debito-rum collectoribus, de diſpenſando, cũ qui-buſuis perſonis ſuper matrimonio contra-

cto

cto, vel contrahendo in gradu prohibito, ac ſuper natalium, & ætatis defectibus, & de incompatibilibus beneficiis eccleſiaſticis, in ſimul retinendis, necnon de notariis publicis creandis, ac de diſponendo quomodolibet de quibuſuis beneficiis Eccleſiaſticis, & alias a præmiſſis, officia ipſorum nunciorũ & collectorum, directe non cõcernentes, Necnon facultates & indulta quibuſuis Cardinalibus, aut aliis perſonis etiam ad vitam de quibuſuis beneficiis eccleſiaſticis certarum ciuitatum, & Dioc. in quibus ipſi non erant, nec vnquam fuerant veri ordinari collatores, ſed de ipſorum ordinariorum conſenſu, aut etiam ſine eorum conſenſu, ſeu ſede Epiſcopali, vel etiam Archiepiſcopali vacante, diſponendi, aut Vicarios perpetuos, ſeu temporales, qui etiam eiſdem Cardinalibus, aut perſonis huiuſmodi beneficia conferrent, vel commendarent deputandi, Aut ipſi Vicarii per quoſcunque Romañ Pont. Prædeceſſores ſuos, deputati fuiſſent, etiam perinde ac ſi veri, & non ficti inibi ordinarii collatores eſſent, ac etiam cum decreto, quod diſpoſitionis de eiſdem beneficiis, abſq; eorũdem Cardinalium, vel perſonarum conſenſu, etiam per ſedem Apoſtolicam pro tempore factæ, nullius eſſent

ſent roboris, quomodolibet conceſſa, etiam ſi in literis deſuper confectis, ſint clauſulæ reſtitutoriæ reintegratoriæ & derogatoriarum derogatoriæ, & aliæ efficaciores, quas pro expreſſis haberi voluit, quoad omnia in quibus facultates ipſæ, nõ ſũt ſortitæ effectũ ẽt ſi nũciis eiſdem dictæ ſedis legati de latere competens ſit cõceſſa poteſtas, decernens irritũ &c.

Reuocatio facultatum conferendi beneficia reſeruata.

ITEM reuocauit quaſcunq; facultates, & literas deſup confectas, per quaſcunq; ſui prædeceſſores Rom. Pontifices, quibuſuis pſonis ordinariã Collationem, ſeu aliã diſpoſitionẽ, beneficiorum eccleſiaſticorum, de iure vel conſuetudine habentibus, ex quauis ẽt Patriarchali, Archiepiſcopali, Epiſcopali, vel alia dignitate, nõ tamen Cardinalatus honore fungẽtibus, quauis cõſideratione, vel intuitu, ſeu ẽt Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine cõceſſerãt, vt quandiu viuerẽt vel ſuis eccleſiis, ſeu monaſteriis præeſſent, aut ad aliud tẽpus de bñficiis eccleſiaſticis generaliter reſeruatis, ſeu affectis, ad eorũ collationẽ prouiſionem, præſentationẽ, electionẽ, aut quamuis aliã diſpoſitionẽ cõmuniter vel diuiſim ſpectantibus,

bus, diſponere libere & licite valerent, aut etiam ad id per eoſdem prædeceſſores, Vicarii perpetui, vel ad tempus conſtituti forent.

De dictionibus numeralibus in literis Apoſtolicis ponendis.

ITEM vt in Apoſtolicis literis cõmittẽdi crimẽ falſi, ꝑ amplius tollatur occaſio, voluit ſtatuit & ordinauit, ꝙ in antea, dictiones numerales, quæ in dictis literis ante Kalẽdas nonas & idus immediate poni conſueuerũt per literas & ſyllabas extenſe ſcribantur, & illę ex prę fatis literis in quibus huiuſmodi dictiones aliter ſcriptæ fuerint, ad Bullariam, nullatenus mittantur.

De concurrentibus in data ſuper beneficio iuxta qualitatem.

ITEM voluit ꝙ de cõcurrentibus ſup vacãtibus ſeu certo mõ vacaturis bñficiis, illi quibus gratia Motu ꝓprio cõceduntur, cęteris, ſimili mõ gratias non habẽtibus, alias, graduati, nõ graduatis, aut inter graduatos, magis graduati: aut inter æqualiter graduatos prius graduati necnõ colorato titulo poſſeſſores nõ poſſeſſoribus, ac ĩter pſonas alias in curia prę ſentes, abſẽtibus ab ea, ac inter prę ſentes, nõ bñficiati, beneficiatis. Et ſimiliter in-

ter abſentes,& cæteris partibus oriundus,nõ oriundo,& diocęſanus, non diocęſano. In reliquis vero, ſinguli, qui prius apoſtolicas deſuper literas,eorum executoribus præſentauerint,aliis,in ipſorũ de quibus agi cõtigerit, beneficiorum aſſecutione præterantur.

De non tollendo ius quæſitum per quamcunq; Commiſſionem.

ITEM ne p varias, quæ pro cõmiſſionibus ſeu mandatis,& declarationibus habendis,in cauſis,plerũq; fiunt ſuggeſtiones, iuſticia poſtponatur,idẽ Dominus noſter, decreuit,& declarauit,ſuæ intẽtionis fore, ꝙ deinceps per quãcunq; ſignaturã, ſeu conceſſionẽ,aut gratiã, vel literas apoſtolicas pro cõmiſſionibus, ſeu mãdatis,aut declarationibus huiuſmodi etiam ſi Motu proprio,& ex certa ſcientia,ac etiam ante motam litem,a S. ſua emãauerint,vel,de eius mãdato faciẽdas,nulli ius ſibi quæſitum quomodolibet tollatur.

De ætate Canonicorum Cathedralium Collegiatarum Eccleſiarum.

ITEM ꝙ prouiſiones ſeu cõceſſiones & vel mãdata de ꝓuidendo, de Cathedraliũ, Eccleſiarũ Canonicatibus & prębẽdis,quę pro quibuſuis perſonis,ſi. xiiii.ſuæ ætatis annum niſi

nō cōpleuerint quomodolibet emanauerint niſi eis, ꝙ illos in minori ætate recipere poſſint per ſedē Apoſtolicā ſpecialiter conceſſū fuerit, & quęcunq; diſpoſitiões de Canonicatibus, & prębēdis in collegiatis eccleſiis, ſi impetrātes maiores decē annis nō fuerint, & de hoc in impetrationibus huiuſmodi, expreſſa mentio non fiat, nullius roboris ſint vel momenti & habeantur pro infectis.

De infirmis eorum beneficia reſignantibus.

ITEM voluit, ꝙ ſi quis in infirmitate cōſtitutus, reſignauerit aliquod beneficiū, ſiue ſimpliciter, ſiue ex cauſa ꝑmutatiōis, vel alias dimiſerit, aut illius cōmendę ceſſerit, ſeu ipſius beneficii vnionis diſſolutioni cōſenſerint, etiam vigore ſupplicationis cū eſſet ſanus, ſignatę, & poſtea infra. xx. dies, a die, & p ipsū reſignantem præſtandi cōſenſus computandos, de ipſa infirmitate deceſſerit, ac ipsū beneficium quauis auctoritate conferatur, per reſignationem ſic factam, collatio huiuſmodi nulla ſit, ipſumq; beneficiū nihilominus per obitum cenſeatur vacare.

Cui conceditur prouideri de parochiali eccleſia, debet intelligere, & loqui idioma illius patriæ.

ITEM voluit quod ſi contingat ipſum alicui perſonæ parrochiali Eccleſia prouidere, ſeu mandare prouideri, vel gratiam expectatiuam concedere, niſi dicta perſona intelligat & intelligibiliter loqui ſciat idioma loci, vbi huiuſmodi Eccleſia conſiſtit, prouiſio, ſeu mandatum, & gratia deſuper quoad parrochialem Eccleſiam, nullius ſit roboris vel momenti.

De beneficio impetrato per obitum viuentis.

ITEM ſi quis ſupplicauerit ſibi de beneficio quocunque tanquam per obitum alicuius, licet tunc viuentis vacante, prouideri, & poſtea per obitũ eius vacet, prouiſio & quæuis alia depoſitio, dicto ſupplicanti per obitum huiuſmodi denuo facienda nullius ſit roboris vel momenti.

De vnionibus, & vniorum confirmatione.

ITEM voluit quod petentes beneficia Eccleſiaſtica aliis vniri, teneantur exprimere verum annuum valorem ſecundum cõmunem extimationem, tam beneficii vniendi, quam illius, cui vniri petitur, alioquin vnio non valeat, & ſemper in vnionibus commiſſio fiat ad partes, vocatis quorum intereſt, Et idem

voluit

voluit obſeruari in commiſſionibus vnio-num factorum.

De mendicantibus tranſeuntibus alios ordines.

ITEM, de mẽdicantibus qui ad alios ordines tranſierint pro tempore, voluit conſti-tutionem fe. re. Martini Papæ Quinti, & prædeceſſoris ſui, deſuper factam. Et in libro Cãcellariæ Apoſtolicæ deſcriptã quæ incipit, Viam ambitioſç cupiditatis &c. firmiter ob-ſeruari.

De male promotis ſeu ordinatis ad ſacros ordines.

ITEM de clericis extra tempora a Iure ſtatuta ſiue ante ætatem legitimam, aut abſq; dimiſſoriis literis, ad ſacros ordines ſe ꝓmo-ueri facientibus pro tempore, etiam voluit Conſtitutionem piæ me. Pii Papæ ii. ſimili-ter prædeceſſoris ſui deſuper æditam, & in dicto Cancellariæ Apoſtolicæ libro deſcri-ptam, quę incepit. Cum ex ſacrorum ordi-num, &c. pari modo obſeruari.

De moneta.

ITEM declarauit idẽ dominus noſter, quod libra Turoneñ. paruorum & Flore-nus auri de Camera, pro æquali valore, in concernentibus literas & Cameram Apoſto

 licam

licam computari, & æſtimari debeant.

De beneficiis vacaturis per promotionem ad Eccleſias, vel monaſteria.

ITEM, pręfatus dominus noſter Papa, voluit decreuit, & ordinauit, quod quęcũq; conceſſiones gratiæ, & mandata: etiam Motuproprio, & cum derogatione huius conſtitutionis, quæ ab eo pro quibuſuis perſonis emanauerint, de prouidendo eis de quibuſuis beneficiis vacaturis per promotionẽ quorumcunq;, ad eccleſiarum, & Monaſteriorũ regimina, ſi huiuſmodi conceſſiones, & mandata diem promotionis promouendorum ipſorum præceſſerint, necnon quęcunq; collationes, prouiſiones, ac diſpoſitiones pro tẽpore faciendę, de præmiſſis, ac quibuſuis aliis beneficiis eccleſiaſticis, ſecularibus, & regularibus, quę per promouendos, vel aſſumẽdos, ad quaſcunq; prælaturas, inter illarum vacatiõis, & huiuſmodi ꝑmotionis, vel aſſumptionis tempora, ſimpliciter, vel ex cauſa permutationis, vbicũq; reſignari, vel alias dimitti cõtigerit, cum indeſecutis pro tempore, ſint caſſæ, & irritę, nulliuſque roboris, vel momenti.

Non iudicetur, iuxta formam ſupplicationum ſed literarum expeditarum.

Item,

ITEM, cum ante confectionem litera-
rum, gratia Apoſtolica ſit informis, voluit ſta-
tuit, & ordinauit idē dñs noſter, ꝙ iudices in
Ro. Curia, & extra eā pro tēpore exiſtētes,
ēt ſi ſint. S.R.E. Cardinales, cauſaꝝ palatii a-
poſtolici auditores, vel ꝗcunqꝫ alii, nō iuxta
Supplicationū ſignataꝝ, ſup quibuſuis impe-
tratiōibus niſi in dicta Curia dūtaxat, ſint Cō
miſſiões iuſtitiā cōcernētes, p Placet, vel per
S.R.E. Vicecāllariū, iuxta facultatē ſup hoc
ſibi conceſſam, ſignatæ, ſed iuxta literarū ſu-
per eiſdem impetrationibus & conceſſioni-
bus confectaꝝ, tenores & formas, iudicare de-
beāt, decernens irritum &c. & ſi literę ipſæ, p
præoccupationem, vel alias, minus bene ex-
peditæ reperiantur, ad illorum quorum in-
tereſt inſtantiam, ad Apoſtolicam Cancella-
riam remitti poterunt per eius officiales, qui-
bus huiuſmodi tenores & formas reſtringe-
re conuenit, ad formas debitas reducendæ.

De regulis Cancellariæ producendis.

ITEM, attēdens idē dñs noſter Papa, ꝙ
ſuper habendis de Cancellaria Apoſtolica
regulis & cōſtitutionibus, inibi deſcriptis, fa-
ciliter per eos, q in Ro. Curia indiguerint, ad
ipſam Cancellariā recurſus dirigi poteſt, nec

conſultorum foret, ꝙ ſuper earundē regula
rū & conſtitutionum, quã iuxtã varietatē oc
currentium cauſaꝝ & negotiorū, aliquoties
immutari conuenit, ꝓbando tenore vel effe-
ctu teſtiū plerunqꝫ tenacē deſuper memoriã
non habentiū depoſitionibus ſtari deberet,
voluit, ſtatuit, & ordinauit, ꝙ deinceps, quili-
bet ex Auditoribus cauſaꝝ Palatii apoſtolici,
& alii, ēt ſi S. R. E. ſint Cardinales, in ipſa Cu
ria pro tēpore deputatis, authoritate apoſto
lica iudicibus, ēt in cauſis actu pēdentibus, ſu
per huiuſmodi tenore, vel effectu probãdo,
duntaxat ſtet fidemqꝫ adhibeat cedulæ ſeu
ſcripturę deſuper a duobus de maiori parco
ꝙ dãda ſit, a tergo ſignatę, & ēt duobus aliis
literaꝝ Apoſtolicaꝝ Abbreuiatoribus, in ipſa
Cancellaria auſcultatę, & dñi Vicecancella-
rii, ſeu dictã Cancellariã Regētis manu ſub-
ſcriptæ, vt moris eſt. Quicquid aūt ſecus fie-
ri cōtigerit, nullius ſit roboris vel momenti

De ſurrogandis collitigantibus.

ITEM dñs noſter, litium ſuccidere cu-
pi̇ēs anfractus, & de noui, collitigantibus, ad-
uerſarii dētur, ꝓuidere, voluit, ſtatuit, & ordi-
nauit, ꝙ quoties deinceps, aliquē, ſuper quo-
uis eccleſiaſtico bñficio collitigantē in iure,

vel

vel ad ius, ſi q̄ forsā eius aduerſario, in dicto bñficio competierit, ſurrogari conceſſerit, dū modo præfatus collitigans, in dicto bñficio intruſus non fuerit, nec ſuper eo, contra dictum aduerſariū, poſtq̄ illud per trienniū pacifice poſſiderit lis tunc mota fuerit, aliorum quorūlibet, de pmiſſo iure, ſiue tūc vacet, vel cū vacauerit, impetrationes, vel cōceſſiones, ēt Motu proprio, infra menſem, ante conceſſionem hmōi factæ, nullius ſint roboris, vel momēti. Et nihilominus fe. re. Pauli ii. Innocētii. viii. Adriani vi. & Pauli iii. ac Iulii ēt iii. Necnon Marcelli ēt ii. Ro. Pont. prædeceſſor ſuorum, veſtigiis inhærēdo, cupiens eorum fraudibus obuiare, qui viuentiū beneficia, illorū pręſertim, quibus aut ꝓpter ſeniū, aut propter infirmitatē imminet vitæ periculū impetrāt, vt illis decedētibus, tanq̄ collitigantes in illorum iuribus facilius ſurrogentur, voluit, vt deinceps, nullus in iure, vel ad ius, in bñficio defuncti, q̄ illo viuente, in caſibus pręmiſſis, vel ſimilibus, impetrauit, aliquo mō ſurrogetur, ac ſurrogatio, & gratia, ſi neutri, ſi nulli, ſeu nouæ ꝓuiſionis, aut pinde valere, taliter impetranti, nullatenus ſuffragetur, quod ēt ſtrictiſſime obſeruari mādauit, in impetrationibus beneficiorū per priuationem,

& amotionem, ex quibuſuis criminibus & exceſſibus forſan perpetratis, etiam ſi vſque ad diffinitiuam ſententiam, quæ tamen in rem non tranſierit iudicatam, proceſſum foret.

Non valet impetratio per obitum, niſi præceſſerit congruum tempus.

ITEM, voluit & ordinauit, ꝙ oēs gratiæ, quas de q̄buſuis bn̄ficiis eccleſiaſticis, cū cura, vel ſine cura ſecularibus, et regularibus, per obitū quarūcunq; perſonarū vacātibus, inantea fecerit, nullius roboris, vel momēti, ſint niſi poſt obitū, & ante datā gr̄arum huiuſmodi tantū tēpus effluxerit, ꝙ interim vacationes ipſæ, de locis, in quibus pſonæ prædictæ deceſſerint ad notitiam eiuſdem domini noſtri veriſimiliter potuerint perueniſſe.

Non valeant commiſſiones, nec proceſſus cauſarum, ſuper gratia, niſi literis expeditis.

ITEM, quod omnes & ſingulę cauſarū cōmiſſiones, quas inantea fieri contigerit, obtentæ, vel occaſione conceſſionū duntaxat Apoſtolicarū de beneficiis eccleſiaſticis gratiarum, ſuper quibus literæ Apoſtolicæ confectæ non fuerint, ac proceſſus deſuper habendi, nullius ſint roboris, vel momenti.

De impetratione beneficiorū vacantiū per obitum familiarium Cardinalium.

Item

ITEM, voluit, quod impetrans benefi-
cium vacans per obitum familiaris alicuius
Cardinalis teneatur exprimere nomen, & ti-
tulum ipſius Cardinalis, & ſi ille in curia fue-
rit, eius ad id, accedat aſſenſus, alias deſup gra
tia ſit nulla. Et idem ſeruari voluit etiam ſi
dicti familiares eorundem Cardinalium fami
liares eſſe deſierint, ſeu ad aliorum Cardina-
lium familiaritatem ſimilem tranſierint, quo
ad beneficia, quę familiaritate priori durante
obtinuerint, & in quibus, priori, ipſa familia-
ritate durante, ius eis cōpetierit ita, quod quo
ad illa Cardinales, quorum prius familiares
fuerint, ſuum habeant adhibere conſenſum.
Ac fe. re. Sixti. iiii. Innocentii. vii. Adriani. vi.
Pauli. iii. ac Iulii etiā. iii. Nec non Marcelli. ii.
Rom. Po. prædeceſſorum ſuorum inhæren
do veſtigiis, declarauit præſentem Conſtitu-
tionem locum non habere in illis beneficiis,
quæ non ſolum ratione familiaritatis conti-
nuæ commenſalitatis huiuſmodi, ſed etiā ra-
tione officiorum, & quæ familiares ipſi tem-
pore obitus eorum, in dicta curia, vel extra
eam obtinerent, aut antea obtinuiſſent, dictæ
diſpoſitioni generaliter reſeruata, vel affecta
fuiſſe apparerēt, necnon illas, quo ad effectū
dictæ conſtitutionis familiares eorundem

Car-

Cardinalium cenſeri qui ipſorum Cardina-
lium familiares continui commenſales ad mi
nus per quatuor menſes fuiſſe probarentur.
Decernens irritum, &c.

Super eadem familiaritate.

ITEM idem dominus noſter, ad euitan
das lites, & contentiones, quæ ex præceden-
ti ſua Conſtitutione exoriri poſſent, veſtigiis
prædeceſſorum ſuorum inhærendo, voluit
ſtatuit & ordinauit, quod ſi bñficia, quæ per
obitum familiarium, continuotum commen
ſalium eorundem Cardinalium, in futurum
vacabunt ceſſantibus apoſtolicis reſeruatio-
nibus, ad alterius Cardinalis collationem, vel
aliam diſpoſitionem pertinere deberēt, in di
cta præcedēti conſtitutione non compræ-
hendantur, quo ad hoc, vt in prouiſionibus
talium beneficiorum, ſuper expeditionibus
literarum illius Cardinalis, cuius familiaris de
functus ille extitit, conſenſus requiri debeat,
ſed beneficia huiuſmodi ad collationem, &
quamuis aliam diſpoſitionem Cardinalis or-
dinarii collatoris, vt præfertur, libere ſpecta-
re cenſeantur, & ſi apud ſedem apoſtolicam,
beneficia huiuſmodi, per obitum dictorum
familiariū vacauerint, tunc in prouiſione hu
iuſmodi talium beneficiorum ſuper expedi-
tione

tione literarū illius Cardinalis exigatur conſenſus, ſi in Romana Curia præſens fuerit, ad quem eorundem collatio, vel diſpoſitio, vt præfertur, pertinere deberet.

Signatura per Fiat, præfertur alteri per conceſſum.

ITEM voluit idem dominus noſter, ꝙ concurrentibus eadem die ſuper quocunque beneficio, per Fiat, & Conceſſum ſignaturis. Ex eis per Fiat, etiam vt petitur, habēs: alteri ꝑ conceſsū, et Motu ꝓprio habēti præferatur.

De impetrando beneficio, etiam per annum pacifice poſſeſſum.

ITEM, ſanctiſſimus dominus noſter, vt improbi lites exquirentium motus reprimantur, voluit, ſtatuit, & ordinauit, quod quicūq; beneficium eccleſiaſticum, tunc per annum immediate præcedentem, pacifice poſſeſſum, & quod certo modo vacare prætenditur, deinceps impetrauerit, nomen, gradum, & nobilitatem poſſeſſoris eiuſdem, & quot annis illud ipſe poſſedit, ac ſpecificam, & determinatam, ex qua clare poterit conſtare, quod nullum ipſi poſſeſſori, in dicto beneficio ius competat, cauſam in huiuſmodi impetratione exprimere, & infra ſex menſes, ipſum poſ-

ſeſſorem ad iudiciũ euocari facere, cauſamq́ꝫ ex tunc deſuper, infra annum, vſq́ꝫ ad ſententiam diffinitiuam incluſiue, proſequi debeat, & teneatur alioquin, impetratio prædicta, & quæcunq́ꝫ indeſecuta, nullius exiſtant firmitatis, & idem impetrans, de damnis & intereſſe poſſeſſorẽ prædictum propterea contingentibus ei ſatisfacere, & ſi poſſeſſorem ipſum iniuſte, friuole & indebite moleſtaſſe repertus extiterit, quinquaginta Florenos auri pſoluere Cameræ Apoſtol. ſit aſtrictus, nec alius, quam præmiſſæ vacationis modus etiã per literas ſi neutri, aut ſurrogationis, vel alias ſibi, quo ad hoc, vt beneficium huiuſmodi ea vice conſequi, aut obtinere valeat quomodolibet ſuffragetur, illudq́ꝫ nullatenus in antea litigioſum propterea cenſeatur, quod etiam extendi voluit ad impetrantes beneficia eccleſiaſtica, cuiuſcunq́ꝫ qualitatis per priuationem & amotionẽ, vel alias propter cõmiſſa exceſſus & crimina vacantia, vel vacatura. Et ſimiliter ad impetrantes beneficia tã quam vacantia per deuolutionem.

De triennali poſſeſſore non moleſtando.

ITEM ſtatuit & ordinauit idem dominus noſter, quod ſi quis, quęcunq́ꝫ eccleſiaſtica be-

ca beneficia qualiacunq; ſint abſq; ſimonia=
co ingreſſu,ex quouis titulo Apoſt.vel ordi=
naria collatione aut electione , & electionis
huiuſmodi confirmatione, ſeu præſentatio=
ne & inſtitutione illorum,ad quos beneficio=
rum huiuſmodi collatio,prouiſio,electio, &
præſentatio, ſeu quæuis alia diſpoſitio perti=
net,per triennium pacifice poſſederit, dum=
modo in beneficiis huiuſmodi, ſi diſpoſitio=
ni apoſtolicæ,ex reſeruatiõe generali in cor=
pore iuris clauſula reſeruata fuerunt , ſe non
intruſerit, ſuper eiſdem beneficiis taliter poſ=
ſeſſis,moleſtari nequeat,necnon impetratio=
nes quaslibet de beneficiis ipſis ſic poſſeſſis fa=
ctas, irritas , & inanes,cenſeri debere decre=
uit , antiquas lites ſuper illis motas pęnitus
extinguendo.

De publicatione facienda in beneficiis reſignatis.

ITEM, idem dominus noſter,ſtatuit,&
ordinauit,quod quæcunq; beneficia eccleſia
ſtica ſiue in Romana curia, ſiue extra eam re
ſignata , niſi de illis factæ reſignationes , ſi in
eadem curia infra ſex menſes,a die datæ ſup=
plicationis & non a die pręſtiti cõſenſus cõ=
putandos,ſi vero extra dictam Curiam factę
ſint,infra menſem , ex tunc,vbi dicta benefi=
cia

cia conſiſtunt publicatę fuerint vel poſſeſſio illorum,ab eis quos id contingit, petita exti- tetit,ſi reſignantes,iſta poſtmodum in eorun dē reſignatorum beneficiorū poſſeſſione de ceſſerint,non per reſignationem,ſed per obi tum huiuſmodi vacare cenſeantur. Collatio nes quoq;, & quæuis aliæ diſpoſitiones de il lis, tanquam per reſignationem vacantibus factæ,& inde ſecuta,nullius ſint roboris, vel momenti.

De non appellando ante diffi- nitiuam ſententiam.

ITEM, Idem dñs noſter (vt libitus finis celerius imponatur, & litigantiū pareat ſum ptibus & expenſis) ſuorū prædeceſſorū Con- ſtitutionibus,& ſtatutis inhærēdo,ſtatuit,or- dinauit,ꝙ in cauſis,in Roma. curia pēdenti- bus,& quas impoſterū,quouis modo cōtige- rit agitari, nulli ante diffinitiuā ſentētiā liceat appellare,nec appellatio ſi fuerit emiſſa, de- beat admitti niſi ab interlocutoria, quæ vim habeat diffinitiuæ, vel a grauamine, minime cōcernēte negotiū principale ꝙ nō poſſit ꝑ appellationem a diffinitiua ſentētia reparari nulliq; cauſę appellationē hmōi cōmittātur. niſi in Cōmiſſione exprimatur,ꝙ interlocuto- ria vim diffinitiuæ habeat,vel grauamē ſit ta- le,quod

le, ꝙ in appellatiõe a diffinitiua nõ valeat reparari, alioqn, appellationes, & cõmiſſiones impoſterũ, ac quicquid inde ſecutũ fuerit, nullius ſint roboris, vel momẽti. Cõmiſſionibus appellationum, iam iudicibus præſentatis, & exhibitis, in ſuo robore ꝑmanſuris, in quibus latis ſuper eiſdẽ ſentẽtiis ſecũdo, vel vlterius ab eis nõ liceat appellare. Appellãtes vero, & appellatiões, et ab interlocutorias & grauaminibus hmõi, ſuo vel alterius nomine ꝓſequentes, ſi ſuccũbuerint, vltra expẽſas, & damna, ad quæ reſarciẽda de iure condẽnatus cõpellit. Viginti florenorũ auri pœna mulctent.

Commiſſioni, poſt concluſionem, non fietur niſi derogetur concluſioni.

ITEM, ſtatuit, & ordinauit, ꝙ in cõmiſſionibus, de iuſtitia ſeu mãdatis, et Cõſiſtorialibus per eũ, ſeu de eius mãdato, vel auctoritate, in cauſis, in qbus conclusũ exiſtat, impoſterũ concedendis, etiam ſi in eis de cõcluſione huiuſmodi, implicite vel explicite mentio facta fuerit, nihil cenſeatur eſſe conceſſum, niſi per conceſſionem commiſſionis huiuſmodi concluſioni derogetur expreſſe.

De literis religioſorum expediendis.

ITEM, voluit, & ordinauit, ꝙ ſi aliq Religioſi

ligioſi petūt aliq̄ beneficium ad nutum reuo cabile, cum clauſula. Quod exinde pro ſolo nutu Abbatis vel ſuperiori amoueri nō poſſint, literæ quo ad ipſam clauſulam, nullatenus expediantur, niſi idem. D. N. ponat in ſignatura, q̄ non poſſint amoueri, vel ad partem clauſulam ipſam concedat.

De clauſulis ponendis in reſignatione bñficiorum.

ITEM, ſi committatur alicui beneficii reſignationis receptio, ponatur clauſula. Attente quoq; prouideas, &c. & ſi ex cauſa permutationis, reſignationes fiant, ponatur clauſula. Quod neuter permutantium ius acquiſirat, niſi quilibet ipſorum ius habuerit in beneficio per ipſum reſignato.

De ſupplendis defectibus.

VOLVIT, quod ſi petantur ſuppleri defectus in genere, nullatenus literæ deſuper concedātur, niſi in petitione deſuper huiuſmodi defectus exprimatur, vel per Fiat vt petitur, ſupplicatio ſignata fuerit.

De derogationes iuris patronatus.

ITEM, voluit, q̄ ſup quouis beneficio eccleſiaſtico de iure patronatus laicorū non expediantur literæ, niſi ponatur expreſſe, q̄

tale beneficiū,tāto tēpore vacauit ꝙ eius col
latio ad ſedem Apoſtolicam,legitime eſt de-
uoluta,vel quia tēpus patronis laicis, ad præ
ſentandum , a iure præfixum lapſum exiſtat,
aut ad id patronū ipſoꝝ accedat aſſenſus . Et
ſi per ipſum , iuri patronatus hmōi derogari
contigerit, ſi ius huiuſmodi ad aliquē Regē,
Ducem,Marchionem, vel alium Principem
pertineat,& de hoc in literis prouiſionis, vel
mandati de prouidendo de dicto beneficio,
mentio facta non fuerit , non cenſeatur iuri
huiuſmodi quomodolibet fore derogatum.

De Commendis.

ITEM voluit,quod nulli ſeculari, de re
gulari,nec religioſo,de ſeculari bñficiis, Cō-
mēda detur,niſi in ſignatura,vel per clauſulā
ad partem, ſuper petitione Commendæ hu-
iuſmodi,de commenda ipſa mentio fiat.

De Reformationibus.

ITEM voluit,ſtatuit,& ordinauit,quod
ſup quibuſcūq; reformationibus ſignatis ſup
impetratiōibus quorūcunq; beneficioꝝ vacā
tium,vel certo mō vacaturoꝝ,in quibus peti-
tur , quod literæ, ſuper prima Data expediri
poſſint, ſi ex huiuſmodi expeditione, ſub tali
data,cuicunq; videatur poſſe fieri præiudiciū

literæ huiuſmodi,ſub ipſa prima data, nulla-
tenus expediātur, niſi reformatiões huiuſmo
di per Fiat,& ſub prima data ſignatę fuerint.

De conſenſu in reſignationi-
bus & penſionibus.

ITEM,voluit,& ordinauit, ꝙ ſuper reſi
gnatione cuiuſcunqȝ bñficii eccleſiaſtici, ſeu
ceſſiõe iuris in eo quã in manibus ſuis, vel in
Cancellaria Epoſtolica fieri cõtigerit. Apo-
ſtolicæ literæ nullatenus expedianť,niſi reſi-
gnans, vel cedés,ſi præſens in Rom.cur fue-
rit perſonaliter.alioquin p̄ procuratorē ſuũ,
ad hoc ab eo ſpecialiter conſtitutum, expedi
tione hmõi in eadē Cancellaria expreſſe con
ſenſerit,& iurauerit,vt moris ē. Et ſi ipſum re
ſignantē,vel cedentē,pluries,ſuper vno & eo
dē bñficio, in fauorē diuerſarum perſonarũ
ſucceſſiue conſentire contigerit,voluit San-
ctitas ſua,ꝙ primus conſenſus tenere debeat,
& alii poſteriores conſenſus ac literæ, illoꝝ
prætextu, ēt ſub priori data expeditæ pro tē
pore, nullius ſint roboris,vel momenti, nec
literæ reſeruationis, vel aſſignationis, etiam
Motu proprio,cuiuſuis perſonis annuæ,ſu-
per alicuius beneficii fructibus,expediri poſ-
ſint,niſi de conſenſu illius,qui penſionē prę
dictam perſoluere tunc debebit.

De

De ingreſſu religionis.

ITEM, non dentur literæ ſuper benefi-ciis vacaturis per ingreſſum religionis, niſi illæ præceſſerint Datam deſuper petitionis.

Quod non valeat impetratio facta per modum in Cancellaria exprimendum.

ITEM, voluit, q̄ ſi petatur aliquod bñficium vacans, per modū in Cancellaria Apoſtolica exprimendum, talis impetratio nō valeat, nec literæ deſuper expediantur.

Cum exprimitur nomen proprium Iudicis, & dignitatis, Iudex per ſeipſum tenetur exequi mandatum:

ITEM, voluit, ſtatuit, & ordinauit, & quotiēſcunq; per ſignaturā ſuam, vel de eius mandato factam, ſuper exequēdis aliquibus, cum adiectione proprii nominis, vel dignitatis cuiuſuis, Iudex detur, literę deſuper expe-diantur, cum expreſſione, quod idem Iudex executionem faciat per ſeipſum.

De diſpēſationibus in gradibus cōſanguinitatis.

VOLVIT, quod literis diſpenſationū, ſuper aliquo gradu conſanguinitatis, vel affinitatis, aut alias prohibito, ponatur clauſula. Si mulier rapta non fuerit, & ſi ſcienter, po-natur clauſula addita in Quinterno.

tibilibus beneficiis, in Theologia Magiſtris, & in iure canonico, vel ciuili, Doctoribus, & in aliis cũ rigore examinis, ac in eadẽ Theologia licentiatis, aut Baccalariis formatis, ac magnis nobilibus, p Fat, Quinquẽniũ, & addito vt petit̃, quoad vixerint, ad duo incõpatibilia. Aliis vero, p Fiat Biẽniũ, & addito vt petitur, triẽniũ ad duo, dũmodo nõ ſint duæ dignitates maiores poſt Pontificales ſeu principales, aut duę parrochiales eccleſiæ, vel tales maximũ poteſtate permutandi, ſi petatur.

De obtinendis duabus parrochialibus eccleſiis, vel dignitatibus principalibus.

ITEM voluit & ordinauit, ꝙ per quamcunq; Signaturã deinceps faciẽdã, nulli, cuiuſuis dignitatis, ſtatus, gradus, & conditionis fuerit, detur diſpẽſatio, ꝙ duas parrochiales eccleſias, vel dignitates maiores, poſt Pontificales, in Cathedralibus, ſeu principales, in Collegiatis eccleſiis vel vnam, cum reliqua earum, inſimul retinere valeat; niſi ipſæ eccleſiæ parrochiales, adeo continguæ, & inuicẽ propinquę ſint, quod ipſis, per vnũ, cõmode deſeruiri poſſit, illarumq; fructus, &c. inſimul, vltra xxiiii. Florenorum auri de Camera, ſecundum communem æſtimationẽ, non valeant annuatim, & de hoc in literis diſpen-

 ſationis

ſationes hmõi, expreſſia mẽtio fiat, vel niſi ſuper obtinẽdis duabus ex huiuſmodi dignitatibus vel parrochialibus Eccleſiis inſimul, ꝓ magnis nobilibus, magiſtris, vel Baccalariis in Theologia formatis, vel doctoribus ſeu licẽtiatis in altero iurium, per verba diſpenſamus, & de ſpeciali ſufficiens Signatura habeatur, & ſuper illis parrochialibus Eccleſiis, huiuſmodi ſignatura, de parrochialibus mentio fiat, & ſimiliter in diſpenſationum ad incompatibilia prorogationibus obſeruetur.

Nulli ſuffragetur diſpẽſatio, niſi literis confec.

ITEM, cũ conceſſiones, ſuper gratiis diſpẽſationũ quarumcunqꝫ, qbuſuis, per ipſum dñm noſtrum conceſſaꝝ vel concedendaꝝ, per Regulas Cancellarię Apoſtolicę ſint ꝓuide limitatæ, licet aliquando in petitionibus ſuper huiuſmodi conceſſiõibus oblatis, multa ſint petita, ne quis talium conceſſionũ prætextu, id diſpẽſatiue tenere, aut facere præſumat, ad ꝙ conceſſiones huiuſmodi ſe non extẽdant, voluit idem dominus noſter, ꝙ nulla talis diſpẽſatio, cuiquam ſuffragetur, antequã ſuper ea literæ Apoſtolicæ ſint confectę.

De non promouendis ad ſacros ordines.

ITEM, voluit, ꝙ ſecũ petẽtibus diſpenſari, vt ratione beneficioꝝ, non teneãtur ſe fa-

cere

cere ꝑmoueri in Romana Curia, vel in ſtu-
dio, per Fiat, Septēniū, alius vero Quinquen
nium detur, dummodo infra annum, a tem-
pore datæ diſpenſationis huiuſmodi, ad Sub
diaconatus ordinem ſint promoti.

De fructibus in abſentia percipiendis.

ITEM, de fructibus in abſentia perci-
piendis, detur in Romana Curia, vel in ſtu-
dio reſidendo, per quamcunq; ſignaturam,
Septennium, & alibi, Quinquennium.

De duobus Decanatibus in Alema-
nia non obtinendis.

ITEM, idē Dñs noſter, attendens quod
in Alamaniæ partibus Cathedraliū, & Colle
giataꝝ eccleſiaꝝ Decanatibus, animarum cu-
ra, & onus incumbit Capitulo præſidenti de
fectus, & negligētias diuinoꝝ, ac alios, exceſ-
ſus corrigēdi, & ſingula in eccleſiis ipſis vt de
bito ordine dirigantur, diſponēdi, & ordinā
di. Quodq; non abſq; graui diſpēdio eccle-
ſiaſticæ diſciplinæ, ac ſtatus Eccleſiarum ip-
ſaꝝ, vnus tales plures Decanatus obtinere poſ
ſit. fe. recor. Pii. ii. Iulii. ēt. ii. & aliorum prędе
ceſſoꝝ ſuorum veſtigiis inhærendo, voluit,
ſtatuit, & ordinauit præfatus Dominus no-
ſter, ꝙ nulla, per eū, vel ſedē Apoſtolicā, cui
quam in dictis partibus cōceſſa, vel per eum
concedēda, de quibuſuis dignitatibus, & aliis

incompatibilibus bñficiis inſimul obtinen-dis diſpēſatio ſibi ſuper duobus talibus Decanatibus inſimul recidiēdis, & retinēdis, quomodolibet ſuffragetur. Quinimmo, ꝙ qlibet huiuſmodi, duos tales Decanatus inſimul diſpēſatiue in eiſdē partibus obtinens, teneatur infra annum alterum ex illis, ꝓ alio compatibili, & ꝙ talis Decanatus nō ſit, aut quod diſpenſatiue obtinere poſſit, incōpatibili bñficio permutare. Alioqn, huiuſmodi anno elapſo, illa ex huiuſmodi Decanatibus, quem primo aſſecutus fuerit, vacare cenſeatur eo ipſo.

De indulgentiis.

ITEM voluit, ꝙ in literis indulgentiaꝝ, ſolum dentur Feſta per Cancellariam dari ſolita, & quod durent per xx. annos, niſi petantur pro vna die, & tunc durēt perpetuo.

De clauſulis ponendis in literis indulgentiarum.

ITEM voluit, quod in literis indulgentiaꝝ, quod ſi Eccleſiæ ſiue Capellæ, vel alias, aliqua indulgentia fuerit per ipſum conceſſa, de qua inibi ſpecialis mentio facta non ſit, huiuſmodi literæ ſint nullæ.

Super indulgentiis conceſſis ad inſtar.

ITEM voluit idem Dominus noſter ꝙ literæ ſuper indulgentiis non expediātur ad inſtar, niſi ſpecificentur.

De

De temporibus indulgentiarum.

ITEM voluit, ꝙ per Fiat, ſi eccleſia Cathedralis, vel inſignis Collegiata, aut ſolẽne Monaſterium fuerit, Tres alioquin duo Anni, & totidem Quadragenæ, & per Fiat vt petitur, Cathedrali, Collegiatæ, vel Monaſterio quatuor, aliis tres anni dentur. Pro ſingulis vero diebus Octauarum, Centum dies apponantur, & pro Capella per Fiat, vnus: & per fiat vt petitur, duo anni concedantur.

De beneficiis vacantibus, & certo modo vacaturis.

ITEM, voluit, & ordinauit, ꝙ in gratiis bñficialibus de vacãtibus, aut certo mõ vacaturis factis cuilibet, ſi plura petãtur bñficia, vnum, cuiuſcũqꝫ annui valoris per ſimplicẽ ſignaturã, addito vt petitur, Duo, aut Tria, et non vltra bñficia petita veniant, dũmodo ẽt illoꝶ fructus, &c. Centũ libras Turoneñ paruoꝶ, ſecundum cõem æſtimationẽ, ſiue tantundẽ in alia moneta, non valeant annuatim.

De valore beneficiorum exprimendo in impetrationibus.

ITEM voluit, ꝙ in gratiis, quas quibuſuis pſonis de bñficiis vacãtibus, ſeu certo mõ vacaturis, fieri cõtigerit: illorũqꝫ & alioꝶ quorũcunqꝫ beneficioꝶ quæ dictæ perſonæ tũc obtinuerint, ſeu de ꝗbus eis fuerit, vel cõceſſum, aut mandatũ prouideri, verus; annus, p

Marchas argéti.aut Sterlingoꝝ, vel libras Tu roneñ.paruoꝝ,ſeu Florenos auri, aut Ducatos,vel vncias auri,ſeu aliã monetã,valor, ſecundũ communẽ æſtimationẽ, exprimatur, niſi pſonæ prædictæ,bñficia,quæ tunc obtinuerint,aut in qbus,vel ad quę ius eis cõpetit,iuxta ipſaꝝ oblationes vel alias, dimittere teneanẽ,alioquin,gratiæ præfatæ ſint nullę. Et idẽ ſeruetur in grauis,a Sanct. ſua Motu pprio emanare cõtigerit, quo ad bñficia , de qbus p Sãct.ſuam pro tẽpore puidetur ſeu puidere mandatur,aut alias diſponitur,ac literis p quas ẽt pro tẽpore ad Eccleſiarũ Patriarchaliũ,Metropolitanarum, & Cathedralium, ac Monaſterioꝝ regimina p motis cõceditur,ꝙ Monaſteria, & alia bñficia eccleſiaſtica,ſecularia,& regularia,p eos obtẽta,& in qbus,& ad quę ius eis cõpetit,retineri poſsit.

De clauſulis in beneficiis vacantibus ponendis.

VOLVIT,& ordinauit,ꝙ qñ prouidet ſeu mandat alicui de bñficio eccleſiaſtico vacante, tunc dari potuerunt clauſulæ ſi petantur,ẽt ſi illud,quouis modo,&c.ſeu per conſtitutionẽ execrabilis vacet ac ſpecialiter reſeruatũ, inter aliquos litigioſũ ſit,& eius de collatio voluta fuerit,& ſi p collitigantẹ: vel ſurroga=

ſurrogatione,aut ſi neutri,vel ſi nulli,&c. pe-
tẽte,ſi tũc lis ſpecifice exprimatͬ, nec detur ali
qua generalis reſeruatio diſpoſitiue,niſi deſu
p in cõceſſione ſpecialis,& expreſſa, ac pure
& nõ ſub cõditiõe, mẽtio fiat, & tũc reliquæ
reſeruationes vbi contentæ veniant. Si vero
tẽpore expeditionis inde literaꝝ generalis re
ſeruatio hmõi probari non poſſit,aut in no-
uis prouiſionibus, ſeu pro collitigantibus: ſi
neutri,vel ſi nulli,&c. ſit expreſsũ, ꝙ ab aliqui
bus aſſeritur,illum,cuius, bñficium concedi-
tur. Collectorẽ, Subcollectorem, Abbreuia
torẽ, vel Familiarẽ,&c. fuiſſe, clauſula pona-
tur, ẽt ſi dictum beneficium ex eo, quód talis
Collector, vel Subcollector, Abbreuiator,
ſeu Familiaris,&c fuit diſpoſitioni Apoſtoli-
cę generaliter reſeruatum exiſtat, dummodo
non ſit in eo alicui ſpecialiter ius quæſitum.
In reliquis vero, nulla clauſula detur, vnde
Reſeruatio generalis elici poſſit, niſi deſuper
ſignatura per duplex Fiat ſignata ſit, aut re-
formatio, vel alias ſpecialiter habeatur.

Qualitates beneficiorum expriman-
tur in impetratione.

ITEM voluit, ꝙ ſuper bñficiis eccleſia-
ſticis, de qualitatibus illoꝝ, videlicet, an digni
tates, perſonatus, vel officia ſint, eis cura im

mineat

mineat animarum,et ad illa conſueuerint qui per electionem aſſummi,mẽtio fiat alias,gratiæ deſuper factæ ſint nullæ. Et ſi qualitates huiuſmodi, affirmatiue, vel conditionaliter non exprimantur, negatiua expreſſio deſuper Fiat in beneficiis,quæ tales qualitates,vel ex eis aliquas conſueuerunt habere.

De beneficiis vacantibus per contractum matrimonii.

ITEM,ſi reſeruet bñficium per contractum matrimonii,nõ detur alii modi vacationum de futuro,nec caſeatur bñficium reſeruatũ ſpecialiter,vel affectum, niſi ſequatur matrimonium, ſed in bñficiis per promotionẽ, vel aſſecutionem aut ingreſſum religionis vacaturis,ponatur clauſula etiam ſi non petatur cum beneficia huiuſmodi,præmiſſo, vel alio quouis modo,&c. præter quam per obitum obtinentis,vacare contigerit,etiam ſi vacent.

De religioſis recipiendis, quæ clauſulæ debentur.

ITEM,voluit,ꝙ ſi petatur aliquẽ in Religioſum recipi,& ſi de quouis bñficio eccleſiaſtico ꝓuideri per ſimplicẽ ſignaturã, fiat, receptio hmõi,duntaxat detur,adiecto, ſi petens idoneus ſit, aut aliud Canonicum non obſiſtat,& exprimatᷓ,ſi certus numerus regularium ſit ibidẽ,cui etiam non derogetur,niſi expreſ

expreſſe concedatur. Et ſi numerus iſte non exiſtat ponatur, dūmodo receptionis locus huiuſmodi nimium propterea nō grauetur.

De tranſlatione Religioſorum, & impetratione beneficiorum.

ITEM, ſi Regularis petat ſibi de bñficio, ab aliquo Monaſterio, vel alio regulari loco, dependente, prouideri, & appareat ex petitione huiuſmodi, quod alterius Monaſterii, vel loci religioſus ſit, licet inibi tranſlatio nō petatur nihilominus illa veniat.

De clauſulis, Si eſt ita.

ITEM, ꝙ in literis ſuper bñficiis, per cōſtitutionē execrabilis vacātibus, pōatur clauſula, ſi eſt ita. Similiter de quibuſcunq; narratis informationem facti requirentibus.

Petenti prouideri de vacaturo, dentur literæ de vacaturo.

ITEM, Petenti ſibi prouideri de vacaturo, dentur literæ de vacaturo, & econuerſo prout expedierit impetranti.

Executoriales dentur ſub Bulla.

VOLVIT, & ordinauit, quod mandata Apoſtolica, ſuper ſententiis in Romana Curia latis, executioni demandandis ſub Bulla expediantur alias ſint nulla,

Reuocatio Decimarum, Impoſitionum & ſuſpenſio Indulgentiarum.

ITEM, reuocauit quaſcunq; Decimarū

ſub

ſidioꝝ vigeſimę,& alioꝝ onerum,impoſitio⸗
nes, quæ pręfato Iulio prædeceſſore ſuo ex
quauis cauſa, ẽt in ſubſidium expeditionis cõ
tra Turcas, & alios Orthodoxę fidei hoſtes,
emanarunt,& quaſcumq; facultates,ſuꝑ De⸗
cimaꝝ vigeſimæ, & onerum hmõi exactiõe,
quibuſuis fructuum,& prouẽtuum Cameræ
Apoſtolicę debitorũ,Collectoribus,& Apo
ſtolicæ ſedis Nunciis,ab eodem prædeceſſo
re conceſſas.Suſpẽdit quoq; ad ſuæ Sanctita
tis & ſedis Apoſtolicę beneplacitũ,quaſcũq;
plenarias indulgẽtias,ab eodẽ prędeceſſore,
ex quauis cauſa,ẽt expeditionis hmõi conceſ
ſas,quæ per Nuncios, vel Quæſtores defere
bantur,necnon deputandi,& eligendi Con⸗
feſſores,qui plenarie abſoluãt, & alia faciant,
ad earundẽ indulgentiaꝝ ſuſpẽſaꝝ effectuũ,
reliquaſue facultates,ipſas indulgentias quo⸗
modolibet concernẽtes, præterquã , quo ad
ea,in quibus indulgentiæ, & facultates ipſæ,
in aliqua ſui parte ſunt ſortitæ effectũ , ita vt
illis,q̄ implentes iniũcta eis,indulgentiaꝝ hu⸗
iuſmodi iam conſecuti ſunt facultatẽ eligẽdi
Confeſſorẽ,qui abſoluat eos plenarie in mor
tis articulo per hmõi ſuſpenſionẽ non præ⸗
iudicetur,q̃n facultate ipſa, vti poſſint in futu
rũ. Decreuit quoq; irritũ,et inane , quicquid
facul⸗

facultatem reuocatarum, earundem præte≈ xtu, impoſterum contigerit attentari.

Reuocatio percipiendi precium officiorum, &c.

ITEM, reuocauit, caſſauit, & annullauit, ac irritas declarauit, quaſcũq; facultates pci≈ piẽdi præciũ officio℞ Ro.Cu. pro tẽpore va cãtium, in toto, vel in parte, ac quaſuis colla≈ tiones, & cõceſſiones, aliaſq; diſpoſitiões, per fe.re. Iuliũ Papã. iii. prędeceſſorẽ ſuum de di ctis officiis, ẽt ex die collationum, conceſſio≈ num, & diſpoſitionũ eorundẽ in antea vaca≈ turis, in fauorẽ quarumcunq; perſonarum, Eccleſia℞, Monaſterio℞, piorum locorum, Collegiorum, ſeu eo℞ menſarum, etiã perpe tuo, etiam in vim Contractus, & ex titulo o≈ neroſo, ac ſub alia quauis verborum forma, quam, & præmiſſorum tenores pro expreſſis haberi voluit cõceſſas, & factas, quo ad offi≈ cia, quę poſt obitũ ipſius prædeceſſoris vaca carũt, et impoſterũ quomodolibet vacabunt.

Quod vigore clauſulæ maioris valoris, fructus in tertia parte augeri poſſint.

ITEM, cũ nonnulli, in impetrationibus bñficiorum eccleſiaſtico℞ pro tẽpore vacan tium, & certo mõ vacaturorum, aſſerẽdo il≈ lo℞ fructus, &c. certũ per eos expreſſum an≈ nuum valorẽ nõ excedere, nõnunquã obti≈ neant

neant a Sanct. ſua, vt huiuſmodi valorem annuũ augere poſſint, vt verius poſſit in confectione literarũ ſuper huiuſmodi impetratiõibus, ſumma ac valor ipſe annuus exprimi, aliter deſup nõ ſpecificato ne de virtute hmõi conceſſionis impoſterum hæſitari cõtingat: declarauit prætextu cõceſſionis hmõi, valorem ipſum, vſq ad tertiã partem valoris expreſſi, & in prima, quæ deſuper fiet literarum expeditio dũtaxat augeri poſſe: & eas, quas literis iã expeditis, cum expreſſione valoris ſpecificati aut nõ integro augumẽto prædicto, denuo deſuper expediri contigerit, literas, cum aliquo augumento valoris huiuſmodi, nullius eſſe roboris, vel momenti, etiã ſi Motu proprio, beneficiales gratiæ, & diſpoſitiones quęcunq, à Sanctitate ſua emanarentur.

Clauſula abſolutionis, non ſuffragetur Falſificatoribus, & impedientibus Nuncios Apoſtolicos.

ITEM, ne perſonis, pro qbus literę ſuę S. emanabũt, ob generalẽ abſolutionẽ, a cenſuris eccleſiaſticis quibus ligatæ forẽt, ad earundẽ effectũ indifferenter concedi, & in literis Apoſtolicis apponi ſolita pręſtetur occaſio Cẽſuras ipſas vilipẽdendi & inſordeſcẽdi in illis ſtatuit, & ordinauit hmõi abſolutionẽ, & clauſulã in literis, quas in futurũ, cũ illa

concedi

concedi continget, non ſuffragari non parentibus rei iudicatæ, incendiariis, violatoribus Eccleſiarum, Falſificatoribus, & falſificari procurantibus litteras, & Supplicationes Apoſtolicas, & illis vtentibus Receptoribus & fautoribus eorum, ac res veritas ad infideles deferentibus, violatoribus Eccleſiaſticæ libertatis, via facti, auſu temerario Apoſtolic. mandatis non obtemperantibus, & Nūcios vel executores Apoſtolicæ ſedis, & eius officialium, eis commiſſa exequentes impedientibus, qui propter præmiſſa, uel aliquod eorum excommunicati a iure, vel ab homine, per quatuor mēſes, ſcienter excommunicationis ſententiam huiuſmodi ſuſtinuerint, & generaliter quibuſcūque aliis, qui cenſuris aliquibus, etiam aliis quam, ut præfertur, quomodolibet ligati, in illis per annum cōtinuum inſorduerint.

Officiales, nihil exigant ultra debitum.

ITEM, Idem Dominus noſter, intendens exactionibus, quas Sanctitas ſua, nō ſine diſplicentia, plerunq; fieri intellexit,

per Officiales Romanæ curiæ, qui con/ ſtitutis ſibi emolumētis, pro exercitio officiorum quæ obtinent, non cōtenti, vl/ tra a proſequentibus negotiorum quorū- dam expeditionem, in eadem exigere nō verentur, obuiare volens, diſtrictæ præci/ piēdo inhibuit omnibus & ſingulis, quæ uis Officia, in eadem curia obtinentibus ne de cætero, quicquam prætextu Officio rum, quæ obtinent, quouis colore, etiam celerioris expeditionis, vltra emolumen ta huiuſmodi exigere, ſeu ad hunc effectū expeditionem eorum, quæ eis incūbunt, malicioſe differre ſub excommunicatio- nis, & præter illam, ſuſpenſionis a præ/ ceptione emolumentorum huiuſmodi, pro prima, ad Semeſtre, & pro ſecunda, ad annum, & pro tertia vicibus, quibus ſic excederent, priuationis officiorum p eos obtentorum, in quibus ſic exceſſerint pœnis. Ac uoluit, quòd San. Ro. Eccl. Vi cecācellarius, Camerarius, & maior Pœ netentiarius, excedentes ipſos reſpectiue prout eis ſubſunt, per ſubſtractionem e/ molumentorum eorundem: ac alias (vt præmittitur) compellant ab huiuſmodi

illicitis exactionibus abſtinere, & contra eos per prædictas pœnas, & alias, prout melins expedire viderint procedant.

Qud Cardinales non comprehenduntur ſub Regulis poſt hanc primam expeditionem faciendis.

ITEM, Cum S. R. E. Cardinales ipſi Sanctiſs. Domino noſtro, aſſiſtant, quôd propterea debeant ſpecialibus prærogatiuis, & priuilegiis gaudere idem Dominus noſter ſtatuit, ordinauit, decreuit, & declarauit, quod in quibuſcunque conſtitutionibus, & Regulis, per Sanct. ſuam impoſterum, poſt hanc primam editionẽ & ſuarum Conſtitutionum, & regularum publicationem faciendis, non includantur ipſi Cardinales, niſi illæ eorundem Cardinalium fauorem concernant, vel ipſæ Conſtitutiones edendæ, de eorundẽ Cardinalium vel maioris pattis eorum conſilio, editæ fuerint.

DE POTESTATE REVErendiſſimi Domini Vicecancellarii, & Cancellariam regentis.

Abſolutio eorum, qui in ſupplicationibus, uel literis ignoranter ſcribunt.

PRIMO Quod poſſit committere abſolutionem illorum qui ignoranter in ſupplicationibus, vel in literis Apoſtolicis aliquid ſcriberent, corrigerent, vel delerent.

Quod poſſit corrigere nomina & cognomina.

ITEM, quód poſſit corrigere nomina & cognomina perſonarum, ac beneficiorum, dum tamen de corpore conſtet.

Quod poſſit committere omnes cauſas.

ITEM, quód poſſit omnes cauſas beneficiales, etiam non deuolutas, cõmittere in Curia cum poteſtate citandi ad partes.

Quod poſſit aggrauare proceſſus, & ſententias.

ITEM, quod proceſſus, auctoritate Apoſtolica decretos, aggrauare poſſit, cũ inuocatione brachii ſecularis, & ſententias executioni demandari facere contra intruſos, & intrudendos, per literas Apolicas deſup conficiendas, & non alias.

De conſeruatoriis.

ITEM, ꝙ poſſit concedere, quibuſuis petentibus, conſeruatorias per triennium, in forma.

De celebrando ante diem in locis interdictis.

ITEM, ꝙ poſſit, quibuslibet nobilib p-

ſonis petentibus, dare indultum de cele/ brando & celebrari faciendo ante diem in locis interdictis, & per triennium, recõ ciliari faciendo Eccl. & Cimiteria pollu ta in forma.

Quibus concedi poſſit indultum de fructibus percipiendis.

ITEM, Prothonotariis, & literarum A/ ſtolicarũ Scriptoribus, ac de quibus iux/ ta illorũ ſufficientiã, & idoneitatem ſibi videbitur, Abbreuiatoribus ſua officia in Ro. Cu. pro tempore exercentibus, indul tum de præcipiendis, in abſentia ſuorum beneficiorum fructibns: etiam ſi alias eis tale indultum, quauis auctoritate conceſ ſum fuerit.

Quibus conceditur Altare portatile:

DOMINVS terrarum, & locorũ, nec non Abbatibus, & per Priores guberna ri ſolitorum Monaſteriorum Prioribus, & ſuperioribus, Prælatis, & magnorum Principum Conciliariis Altare porta tile in forma concedere poſſit,

Quod poſsit admittere reſignationes.

ITEM, quod poſſit admittere, & reci pere reſignationes beneficiorum eccle

ſiaſticorum, quorumlibet, etiam generaliter, vel ſpecialiter, reſeruatorum, ſimpliciter, vel ex cauſa permutationis, & deſuper, Supplicationes per conceſſum ſignate pro literis Apoſtolicis inde conficiendis, ut moris eſt.

Quod poſſit ſignare Supplicationes,

ITEM, quod poſſit ſignare ſupplicationes duorum Referendariorum manibus ſignatas, de nouis prouiſionibus, ſi neutri, & ſurogationibus pro collitigañ. in quibus non detur clauſula generalem reſeruationem importans,

De ſignandis prouiſionibus..

ITEM, quod poſſit ſignare Supplicationesetiam manibns duorum Refferendariorum ſignatas, de beneficiis Eccleſiaſticis uacantibus, ſecularibus, ac regularibus, diſpoſitioni apoſtolicæ generaliter non reſeruatis, quorum cuiuslibet, valor. C. Floreñ auri de Cam. vel totidẽ librarum Turoneñ. paruorum, ſeu totidem in alia moneta, ſecundum communem extimationem, valorem annum nõ excedat.

Super defectu natalium:

ITEM, quod poſſit ſignare Supplicationes manu unius Referendarii ſignatas, ſuper defectu natalium, ad omnes ſacros ordines, ac duo beneficia eccleſiaſtica, cum cura, vel ſine cura, ſe inuicem compatientia, etiam ſi canonicatus, & præbēdæ, vel officia Collegiatarum Eccleſiarum fuerint.

Super defectu ætatis.

ITEM, quod in gratiis Expectatiuis, concedere poſſit, ad obtinenda beneficia dignitates, perſonatus, adminiſtrationes, vel officia curata, defectū ætatis patientibus, qui vigeſimum ſuæ ætatis annū peregerint, & de quibus ſibi quod alias ad hoc idonei ſint, fides facta fuerit, & huiuſmodi eorum gratiæ, ad ipſa beneficia, dignitates, perſonatus, adminiſtrationes, ac officia vāleant, ſuumque ſortiātur effectum, & quod illarum vigore, quam primum ad ætatē legitimam peruenerint huiuſmodi beneficia, dignitates, perſonatus, adminiſtrationes, vel officia acceptare, & de illis ſibi prouidere, facere ac

ea recipere,& retinere poſſint,& ualeāt.

De reformationibus.

ITEM,ꝙ in ſpectatiuis, & beneficiis generaliter, vel ſpecialiter nō reſeruatis, impetrationum quorumlibet reformationes, de non obſtañ. & diſpenſationum omiſſarum, ac beneficiorum valoribus, & qualitatibus, nataliumq; defectibus ſignare poſſit.

Super defectu ætatis, pro Magnatibus.

ITEM,, quod in ſpectatiuis, pro nobilibus, vel Graduatis, ſaltem, xx annos habentibus, & ab obtinenda beneficia, dignitates,perſonatus,adminiſtrationes, vel officia cum cura defectum ætatis patientibus,ad illa diſpenſationum ſupplicationes ſignare poſſit de duobus annis.

De maioribus præbendis.

ITEM, ꝙ ſufficientibus,& idoneis,ac de quibus, ꝙ tales ſint ei facta fides extiterit, in expectatiuis ſignare poſſet ad maiores Eccleſiarum præbendas, in quibus,iuxta illarum ſtatuta, & conſuetudines, de minoribus ad maiores, gradatim debet fieri aſcenſus.

De prorogationibus ſuſcipiendorum, Ordinum.

ITEM, ꝙ poſsit ad ordines ſuſcipiēdos arctatis prorogare terminos de dictis ſuſcipiendis Ordinibus, vſq; ad proxima, tunc a iure ſtatuta tempora, in quibus ſic arctati ſucceſsiue, ad ipſos Ordines promoueantur.

Placet publicetur, & deſcribatur. I.

Lectæ, & publicatæ fuerūt ſupraſcriptæ Regulæ, Conſtitutiones, & ordinationes Romæ in Cancellaria Apoſtolica, Anno incarnationis Dominicæ, M.D.LV. Die xxx. Menſis Maii, Pontificatus præli bati Sanctiſsimi Domini noſtri Domini Pauli diuina prouidentia Papæ IIII. Anno primo.

A. Lomellinus Cuſtos.

Duæ Regulæ Cãcellariæ

Prior Moderatio, & ampliatio indultorũ
Reuerendiſsimorum Dominorum
S.R.E. Cardinalium:
Altera Reſeruatio menſiũ apoſtolicorũ,
& cõceſſio alternatiuatũ omnibus
ordinariis in eorum Eccleſiis
ſeu Dioc, reſidenribus p
S.D.N.D. Paulũ
diuina proui
dentia
Papam IIII.

MODERATIO, ET AMPLIATIO indultorum Reuerendiſsimorum DD. Sanctæ Romanæ Eccle ſiæ Cardinalium.

SAnctiſsimus in Chriſto Pater, & dñs Nr. D. Paulus diuina prouidentia PP. IIII. cui nup innotuit quod ꝑpter diuerſitatẽ indultorũ S. Ro. E. Cardinalibus tã ordinariis q̃ nõ ordinariis collatoribus, ſup cõferendis p ſe, vel alios bñficiis ec/cliaſticis cũ cura, & ſine cura, ſecularib. &

regularib.ad eorũ,ſiue aliorũ collationẽ, prouiſionẽ,pñtarionẽ,inſtitutionem,ſeu quãuis aliam diſpoſitionẽ cõmuniter,vel diuiſim ptinentibus, ẽt diſpoſitioni Apoſtolicæ ſpãliter, vel gñalr̃ reſeruatis, ſeu affectis extra Ro.Curiã vacãtibus,pinde ac ſi grãæ expectatiuæ,ſpãles, vel gñales, reſeruationes,ac regulæ,& cõſtitutiones bñficiorũ reſeruatoriæ diſpoſitiõeſq; Romañ.Põtificis de illis,ſic vacãtib.nullatenus emanaſsẽt,ac cõſenſu eorũdẽ Cardinaliũ,vl' pcuratorũ ſuorũ,ad puiſiões, & quaſuis alias diſpoſitiões de illis in dicta Curia vacãtib.p Ro.Pontificẽ facien das in expeditiõe lr̃arũ deſup pſtãdo cõceſſorũ,& varias cl'as in lr̃is ſup hmõi indultis cõfectis adiectas diuerſæ cõfuſiones,& lites oriũtur,& nõ ſolũ ipſi ordinarii collatores grauati eẽ noſcuntur,verũ ẽt diſpoſitiones aplĩcæ de hmõi bñficiis, & p reſignationẽ apud ſedẽ apoſtolicam vacãtibus,ſepius impediũtur,volens ſup hoc,vt decet prouidere, ac hmõi indulta ad rectitudinis ſemitã iuſtitia ſuadẽte reducer̃,& in melius reformare veſtigiis fe. re.Cle.vii.& Iulii iii.Romanorũ põtificũ

p̄deceſſorū ſuorū,in hoc inhærendo,ſta‑
tuit,& ordinauit,qđ Cardinales ipſi quo
ad vixerint ſoli p ſe,vl'aliū,ſeu alios quē
ad quos ad hoc duxerint deputandū, ſeu
deputādos ēt qñ,& quotiēs eos de licētia
ſua a dicta curia,ēt vbilibet,ēt vl ra mon
tes abeē cōtigerit de qbuſcūq; bñficiis ec
cleſiaſticis cū cura,vl'ſine cura,ſeculari‑
bus,& quorūuis ordinū regularibus q̄ ad
collationē,puiſionē,pñtationē,electio‑
nē,inſtitutionē,ſeu quāuis aliā ſimilē,vel
diſsimilē diſpoſitionē ſuā,de iure, vel cō
ſuetudine,tā rōne titulorū ſuorum Cardi
nalium,ac Cathedraliū,ēt Metropolitañ.
quibus eos p̄eſſe contigerit, quā ēt aliarū
eccleſiarum,ac quorūcunq; Monaſterio
rū,etiam conſiſtorialium,Prioratuū,Præ
poſiturarum,Præpoſitatuum, dignitatū,
perſonatuū,adminiſtrationum,& officio
rum,aliorūq; beneficiorum,eccleſiaſtico
rum,ſecularium,& quorūuis ordinum,re
gulariū,quæ ex cōceſſione, & diſpēſatio‑
ne ap'lica,in titulū,& cōmendā, vel admi
niſtrationē:aut quocūq; alio titulo obti
nēt,& impoſterū obtinebunt cōmuniter
vel diuiſim quōlibet,quocūq; iure, vel ti

tulo

tulo pertinent,vel ſpectant,aut infuturū pertinebūt,vel ſpectabūt, ſeu quorū col latio prouiſio,pñtatio,electio, inſtitutio ſeu queuis alia ſimilis, vel diſsimilis diſ poſitio eiſdē Cardinalib. rōne ceſſionis regiminis,& adminiſtrationis eccleſiarū ſeu cōmendæ Monaſteriorū, Prioratuū, ꝓpoſiturarū,ꝓpoſitatuū,dignitatū pſona tuū,adminiſtrationū,officiorum, & bñfi ciorum,ꝑdictorum in manib. Sanctitatis ſuæ, aut alicuius ꝑdeceſſoris ſui, factæ aplica auctoritate reſeruata exiſtit, aut in futurum reſeruabitur,ēt ſi ſecularia cano nicatus,& ꝓbēdæ,dignitates ēt maiores, ſeu principales,psōatus,adminiſtratiōes vl'officia in cathedralib.ēt Metropolita. vl' collegiatis eccleſiis,regularia vero bñ ficia hmōi monaſteria,nō tñ cōſiſtorialia prioratus,ꝓpoſituræ,ꝓpoſitatus, dignita tes,ēt cōuentuales,pſonatus, adminiſtra tiones vel officia,ēt clauſtralia fuerint;& ad prioratus,præpoſituras,ꝓpoſitatus,di gnitates,psōatus,adminiſtratiōes vl'offi cia canonicatus,& ꝓbēdas,cæteraqȝ bñfi cia hmōi cōſueuerint,q̄ p electionē, aut quēuis aliū modū aſſumi,eiſqȝ cura immi

neat animarũ,ac bñficia hmõi ex eo, qđ illa obtinentes aliquorum prædeceſſorũ ſuorũ Ro.Pontificũ,aut S.R. eccleſ.Cardinaliũ,& viuentiũ familiares cõtinui cõmẽſales,aut dictæ ſedis notarii,ſubdiaconi,accoliti,capellã lr̃arũ apl̃icorũ,abbreuiatores, & ſcriptores,cubicularii, nũcii aliiq; Ro.Cu.officiales quocũq; nomine nũcupati fuerit,ſeu ex q̃uis alia cã diſpoſitioni apl̃icæ,ſpãlr̃, vel alias p̃terq̃ rõne familiaritatis cõtinue cõmenſalitatis familiariũ ſuorũ, cõtinuorũ cõmenſaliũ q̃ nũc ſunt,ſeu alias dũ Cardinalatus honore fungebatur fuerũt, aut quãdiu regimini militãtis eccleſiæ p̃erit erunt gñalr̃ reſeruata,vel ex gñali reſeruatione apl̃ica affecta exiſtãt,ſeu fuerint, q̃ extra dictam curiã qũolibet ẽt illorũ cõmendis ceſſantibus vacare contigerit quibuſuis p̃ſonis de qbus ſibi videbitur ẽt q̃cũq;, quotcũq; & qualiacũq; bñficia eccleſiaſtica cũ cura,& ſine cura obtinẽtibus & expectãtib. p̃uidere,& illa eis cõferre ac de illis alias diſponer̃ liber̃, & licitæ valeãt p̃inde, ac ſi collationes,& cõmendæ ſiue expectatiue gr̃æ ſpeciales reſeruationes vniones

annexiones, & incorporationes mãdatã
ẽt de prouidendo,& de vniendo,& quæ
uis aliæ diſpoſitiones etiam eiſdem S.R.
eccleſiæ Cardinalibus,ẽt motu proprio,
vel ad eorũ inſtantiã hactenus conceſſa,
vel impoſterũ cõcedeñ.tã p Sanctitatem
ſuã ſeu Ro.Pontificẽ,ꝓ tpe exiſtentẽ,quã
legatos de latere,& cardinales, quoſcũq
ẽt motu ſimili & ex certa ſciẽtia,ac cũ q-
buſuis p̃gnãtib.& efficaciſſimis ac inſoli
tis clauſulis nõ emanaſsẽt,ſeu emanarẽt,
& Regulæ Cancell.aplicæ dignitatũ ma
iorũ& principaliũ,aliorũq bñficiorũ,ẽt
Cardinaliũ,aut Ro.Pontificũ nõ tñ San
ctitatis ſuæ familiariũ continuorũ,cõmẽ
ſaliũ,ſeu eorũdẽ,& dictæ ſedis officialiũ,
ſeu alias quouiſmõ reſeruationes gñales
vel ſpeciales cõtinentes ſiue inducẽtes,
cõſtitutiones,aut alias qũolibet affectio
nẽ facientes ad dicta Monaſteria, priora
tus,p̃poſituras,p̃poſitatus, dignitates,ꝑ
ſonatus,adminiſtrationes,officia,cano-
nicatus,& p̃bẽdas, aliaq bñficia nullate
nus ſe extenderent, ſed de ipſis quæ ꝓ tẽ
pore qũolibet extra curiã p̃dictam,ẽt ceſ
ſantibus cõmendis aut vnionibus diſſo

lutis]vacare cõtigerit, vt pferé libere di-
ſponãt pinde,ac ſi collationes,& cõmen
dæ,ſiue gratiæ expectatiuæ ſpeciales, &
aliæ reſeruationes, affectiones, vniones;
conſtitutiones,& mãdata hmõi nõ appa
rẽt,ſi vero in dicta curia p obitũ,vel pro-
motionẽ aut quãuis aliã dimiſsionẽ, ſeu
amiſsionẽ pterquã per reſignationem in
manibus Sanctitatis ſuæ,aut ſucceſſorũ
ſuorũ Rom. Pontificũ vacare, & de illis
ſic vacãtibus,vel vacaturis p eandẽ San
ctitatẽ ſuã vel ſedẽ pdicti diſpõni conti
gerit ẽt ſi beneficia hmõi,ex quauis cau-
ſa,ex eo quod illa obtinentes pro tẽpore
dictæ ſedis,Notarii,ſubdiaconi,accoliti,
capellani,cubicularii,nũtii, abbreuiato-
res,& ſcriptores,ſeu alii officiales,aut q̃-
uis alia qualitate aliquã aliã gñalẽ reſer-
uationẽ,vel affectionem inducente quali
ficati,aut prędictorum ſuorum Ro. Pon
tificum,ſeu aliorum eiuſdem Ro. Eccle-
ſiæ Cardinalium,etiam tunc viuentium,
non tñ ſui, vt præfertur familiares conti-
nui commenſales fuerint, vel exiſt aut di
ſpoſitione Apoſtolicæ generaliter reſer-
uata fuerint,& ipſi officiales, ac familia-

res

res beneficia hmõi cõmendæ, vel vnionis
aut quouis alio titulo obtinuerint,quod in
expeditione lr̃arũ apoſtolicarũ, ſuper illo
rũ collatione,& ꝓuiſione hmõi,ac cõmen
da,aut quauis alia diſpoſitiõe, eccleſiis tñ
cathedralibus,& monaſteriis,cõſiſtoriali/
bus exceptis ipſorũ Cardinaliũ, ſi in eadẽ
curia,tunc pñtes fuerint ꝑ ſe ipſos, ſi vero
eos ab illa ẽt ꝓ ſua volũtate vbilibet, & vl
tra montes de licẽtia Sãctitatis ſuæ abeſſe
cõtigerit eorũ ad id ꝑ eos deputati ꝓcura/
toris expꝰſsis accedãt aſſenſus,alioqn gr̃æ,
& lr̃æ deſuꝑ cõficiendæ nullius ſint robo•
ris vel momẽti,decernẽs affectiones,reſer•
uationes regulas,cõſtitutiones,ordinatio
nes,collationes,& cõmẽdas gr̃as expecta•
tiuas,reualidationes,extẽſiones, mutatio•
nes,nominationes,facultates, vniones, &
mandata, ac decreta in illis contẽta, quo
ad impediendũ dictos Cardinales quomi
nus in præmiſsis ſua ordinaria auctorita/
te vti valeãt vt p̃fertur ad dicta bñficia ad
eorũ diſpoſitionẽ,vt p̃fertur ꝑtinẽtia nulla
tenus ſe extẽdere,ac ꝑ quoſcũq; ẽt ſedis p̃/
dictæ legatos,ẽt de latere , & nũcios nunc
& pro tẽpore deputatos,quauis ẽt ſpeciali

facultate fungẽtes de bñficiis ꝑdictis nul⸗
latenus ꝓuideri, vľ diſponi poſſe, ac irritũ
& inane, ſi ſecus ſup ꝑmiſsis a quoquã qua
uis auctoritate, ẽt p Sanctitatẽ ſuam & di/
ctos legatos, & nũtios ſciẽter vel ignoran
ter cõtigerit attẽtari, Volens nihilominus
qđ ii qbus iidẽ Cardinales aliqua bñficia
eccľiaſtica reſeruata, vel affecta quorũ fru⸗
ctus, &c. xxiiii. ducat. auri de Cam. ſe. co,
exti. an. excedẽte indultorũ hmõi vigore
p ſe vel aliũ cõtulerint infra quatuor ſi cir
tra, & ſi vltra mõtes collationes ipſe fiãt in
fra octo mẽſes a tpe habitæ poſſeſsiõis eo⸗
rũdẽ bñficiorũ cõputãdos nouas ꝓuiſiões
ſup bñficiis ipſis ſic cõferẽdis a ſede prædi
cta impetrare, & lĩas deſup in totũ expedi⸗
re, ac annatã ppea cameræ apoſtolicæ de⸗
bitã cũ effectu ſoluere teneãtur alioqn eiſ/
dẽ mẽſibus elapſis bñficia ipſa vacare cen
ſeãtur eo ipſo poſſintq; p alios a ſede ꝑdi⸗
cta dũtaxat libere impetrari niſi illis quib.
collata fuerint legitimo ſint impedimẽto
detẽti vel ipſis petẽtibus hmõi nouas ꝓui⸗
ſiones, & ꝓſtãtib. qđ p eos nõ ſtat conti
gerit illas ſibi denegari. Et inſup quæcũq;
indulta eiſdẽ Cardinalibus ſup cõferendis

bñficiis eccl'iaſtici,& eorũ cõſẽſu in diſpo
ſitionib. illorũ apud ſedẽ p̃dictã vacantiũ
requirendo ꝑ quoſcũq; Rom. Pontifices p̃
deceſſores ſuos,ac Sanctitatẽ ſuam, tã ſub
plũbo,quã in forma breuis ẽt motu ſimili
& ex certa ſciẽtia,ac de Apl'icæ ptãtis ple-
nitudine,& cũ quibuſuis ꝓhibitiõis, ac de
rogatoriarũ derogatoriis,& aliis ẽt quãtũ-
cũq; efficaciſſimis & inſolitis clauſulis irri
tãtib.& de aliis decretis hactenus cõceſſa
quo ad ea q̃ p̃nti cõſtitutioni cõtrariãtur,
aut ſub illa nõ cõprehẽdũtur quorũ omniũ
tenores formas,& effectus Sãctitas ſua ha-
beri voluit ꝓ ſufficiẽter exp̃ſſis reuocauit,
& annullauit,ac qcqd ipſorũ ſic reuocato
rũ,indultorũ p̃textu ꝑ ip̃os cardinales fieri
& attẽtari cõtigerit nullius roboris vl'mo
mẽti for̃ decreuit,Statuto,ordinatione,de
creto,& declaratione ſuis in craſtinũ aſsũ
ptionis ſuæ editis qbus voluit Cardinales
in cõſtitutiõibus ꝑ eũ impoſterũ edẽdis,&
publicãdis nõ cõprehẽdi niſi illæ eorũ fa-
uorẽ cõcernerẽt,vel ipſæ cõſtitutiones de
eorũdẽ Cardinaliũ vel maioris partis eorũ
cõſilio editæ forẽt nequaquã obſtantibus.

Placet publicetur,& deſcribatur.I.

Lecta, & publicata fuit ſupradicta Regula in Cācellaria Apoſtolica, Anno incarnationis Dominicæ, Milleſimo quingenteſimo quinquageſimo quinto, die vero Sabbati, quintadecima menſis Iunii, Pontificatus prælibati Sanctiſſ. D.N. Papæ, Anno primo.

A. Lomellinus Cuſtos.

Altera Regula.

RESERVATIO MENSIVM Apoſtolicorum, & conceſſio Alternatiuarum omnibus ordinariis in eorum Eccleſiis, ſeu Dioc. reſidētibus.

SAnctiſſimus in Chriſto Pater, & Dñs Nr̄ D. Paulus diuina ꝓuidētia PP. IIII qui antea quaſcūq; grās ꝑuētiuas ad vacaturā bñficia a ꝑdeceſſoribus ſuis emanatas certis tūc expſsis mō & forma reuocauerat cupiēs paupib. clericis, & aliis bñmeritis ꝑſonis de bñficiis eccleſiaſticis ꝓuidere omnia, & ſingula bñficia eccl'iaſtica cū cura, & ſine cura ſecularia, & quorūuis ordinū

regularia qualitercūq̧ qualificata, & vbili bet exiſtentia in antea vſq̧ ad quinquen/nium a die publicationis pñtis cōſtitutio/nis cōputandum in ſingulis Iulii, Auguſti Octobris, Nouembris, Ianuarii, Februarii, Aprilis, & Maii Mēſibus alias, quā per reſi gnationē extra Ro. Curiā quolibet vacatu ra ad collationē, prouiſionē, pñtationem, electionē, ſeu quāuis aliā diſpoſitionē quo rūcunq̧ collatorū, & collatricū, ſecularīū, & regulariū, nō tñ: S.R.E. Cardinaliū, aut aliorum ſub cōcordatis inter ſedem Apo ſtolicam, & quoſcūq̧ alios initis, & p eos q̄ illa acceptare, & obſeruare debuerūt acce/ptatis, & obſeruatis quæ libere non inten=dit comprehenſorum q̄uolibet ptinentia diſpoſitioni ſuæ generaliter reſeruauit, & voluit quod in ſupplicationibus ſeu cedu lis gratiarum quæ de dictis beneficiis tūc vacantibus, et Motu proprio fient de men ſe illorum vacationis diſpoſitiue mētio fi at. Alioquin gratiæ prædictæ ſint nullæ, & quod priuilegia, & indulta apoſtolica de diſponēdo de hmōi beneficiis, & cū clau-ſulis derogatoriarum derogatoriis, ac for tioribus, efficacioribus, & inſolitis irritan

tibusq́,& aliis decretis quibuſuis perſonis & collegiis cuiuſcunq́ dignitatis, ſtatus, gradus,ordinis,& conditionis exiſtētibus quomodolibet conceſſa aduerſus reſerua/tionem hmõi nullatenus ſuffragētur, ſicq́ in premiſsis per quoſcūq́ &c,Sublata &c. Iudicari debere,ac irritum &c. decreuit & inſuper Sanctitas ſua velés ordinariis col latoribus gratificari eis quod quotiēſcūq́, & quandocunq́ apud eorum Eccleſiā, ſeu in eorum Dioc.reſederint de quibuſuis di gnitatibus,perſonatibus, adminiſtrationi bus officiis,canonicatibus,& præbendis, ac aliis beneficiis eccleſiaſticis cum cura, & ſine cura ſecularibus, & quorūuis ordi-nium regularibus ad eorum collationem,p uiſionem,præſentationem,electionem,ſeu quāuis aliam diſpoſitionem, pertinētibus quæ inantea in ſingulis Auguſti, octobris Decembris,Februarii, Aprilis & Iunii mē-ſibus vacare contigerit dūmodo alias diſ/poſitioni Apoſtolicæ generaliter reſerua/ta vel ex generali reſeruatione apoſtolica affecta non fuerint,etiā ſi præſentationes, nominationes, vel electiones eorum quæ ſaluæ ſint præcedere conſueuerint reſerua

tione prædicta non obſtante, quam, & de-
cretum in ea contentum quo ad eos locũ
habere noluit libere diſponendi, dummo-
do de collatione, & prouiſione beneficio-
rum, in reliquis ſex menſibus videlicet, Ia-
nuarii, Martii, Maii, Iulii, Septẽbris, & No-
uembris, pro tempore vacantium, quæ ex
nunc, prout ex ea die, & econtra diſpoſitio
ni ſuæ, vt præfertur reſeruauit ſe non intro
mittant facultatem conceſſit, Decernens,
Irritum &c.

Placet publicetur, & deſcribatur. I.

Lecta & publicata fuit ſupraſcripta Regu
la Romæ in Cancellaria Apoſtolica, An-
no Incarnationis Dominicæ, Milleſimo
quingẽteſimo quinquageſimoquinto, die
vero Sabbati quintadecima menſis Iunii,
Pontificatus præfati Sanctiſſimi Domini
Noſtri Papæ, Anno Primo.

A. Lomellinus Cuſtos.

REGVLAE DVAE SANCTISSIMI Dñi N,D. Pauli diuina prouidẽtia Papæ IIII. Vna vcz Reuocatoria omnium & ſingulorum Legatorum & Nunciorum Apoſtolicorum, in quibuſuis nõ tñ Angliæ, & Hiberniæ Regnis, ac aliis Prouinciis in ea expreſsis. Et alia ẽt Reuocatoria facultatũ conceſſarũ ordinariis Collatoribus, quo ad bñficia in menſibus apl'icis. vacantia, aut alias reſeruata & affecta.

SAnctiſsimus in Chriſto Pater, & D.nr̃ D. Paulus diuina ꝓuidentia Papa IIII cum nuper innotuit, quod Sanctitatis ſuæ & ſedis apoſtolicæ Legati, etiam de latere etiam Cardinales, ac etiam cum poteſtate Legati de latere Nuncii, prætextu facultatum eis tàm a iure communi, quam a Romanis Pontificibus Sanctitatis ſuæ præde

ceſſoribus conceſſarum,forſan ob Prouin
ciarum,& locorum,in quibus Legati, aut
Nuncii munere funguntur a Ro.Curia di
ſtantiam,& ex inde ignotam eis, Sanctita
tis ſuæ mentem,ea aliquando concedunt,
a quibus Sanctitas ſua abſtinet, & abſtine
re decreuit. Volens præmiſſis occurrere,
omnes & ſingulos Legatos,etiam de late
re & Cardinales,ac ét cũ poteſtate Legati
de latere Nuntios,in quibuſuis,nõ tamen
Angliæ,& Hiberniæ Regnis, ac aliis quã
S.R.E.aut quæ ante quadraginta annos ꝓ
ximæ præteritos,ſimiles Legatos, & Nun
tios habere conſueuerunt,Prouinciis,Du
catibus,Dominiis Ciuitatibus,& locis, ꝑ
quoſcunq; Ro.Pont. prædeceſſores ſuos,
ex quibuſuis quantũuis vrgentibus cauſis
creatos,& conſtitutos Legatos,etiã de la-
tere,& Cardinales,ac etiam cum poteſta-
te Legati,de latere Nuncios cuiuſcũq; di-
gnitatis & præeminentiæ exiſtant,ac qua
cũq; auctoritate & facultate fungãtur ſpe-
cialiter & expreſſe reuocauit auferens ab
eis,omnes occaſione Legationum,aut mu
neris Nuntii,huiuſmodi eis quolibet cõceſ
ſas facultates,auctoritatem & poteſtatem

ac decernens irritum, & inane, quicquid ſe, cus ſuper his, a quoq̃ quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter cõtigeri attẽtari.

Placet publicetur & deſcribatur. I.

Lecta & publicata fuit ſupraſcripta Regula Romæ in Cancellaria Apoſtolica Anno incarnationis Dominicæ, Milleſimo Quingenteſimo quinquageſimo quinto, die vero Iouis, decima mẽſis octobris. Pontificatus prælibati Sanctiſsimi Domini noſtri Domini Pauli diuina prouidentia Papæ IIII. Anno Primo.

A. Lomellinus Cuſtos.

SAnctiſſimus in Chr̃o P̃r & Dñs ñr D. Paulus diuina ꝓuidẽtia Papa quartus, q̃ poſtquã ordinariis collatoribus quotiẽſcũq;, & q̃ñcunq; apud eorũ Eccleſiã, ſeu in eorũ dioc. reſiderent de quibuſuis dignitatibus, perſonatibus, adminiſtrationibus officiis, canonicatibus, & p̃bẽdis, ac aliis bñficiis eccl'iaſticis, cũ cura, & ſine cura, ſecularibus, & quorũuis ordinũ, regularibus ad eorũ collationẽ, ꝓuiſionẽ, præſentationẽ,

ſeu quāuis aliā diſpoſitionem ptinentibus
quæ in antea in ſingulis Auguſti, Octob.
Decēb. Februarii, Aprilis, & Iunii, mēſibus
vacare contingeret, dummodo alias di-
ſpoſitioni Aplicæ gñaliter reſeruata vel ex
gñali reſeruatione Aplica affecta nō forēt,
ac ipſi ordinarii de collatiōe & ꝓuiſiōe bñ
ficiorū in reliquis ſex mēſibus ꝑ tēpore va
cantiū, ſe nō intromitterēt libere diſponē
di facultatē in gñe conceſſerat, ad impor-
tūam quorūdam inſtigationem aliquibus
ex ordinariis collatoribus prædictis diuer
ſas alias facultates ēt diſponēdi de bñficiis
hmōi in reliquis ſex menſibus ꝑdictis vacā
tibus, aut alias diſpoſitioni ſuæ reſeruatis
in ſpecie cōceſſit, attendens ex eiſdē facul
tatibus ꝓuiſiōes S, ſuæ in fauorē pauperū
Clericorū, & aliarū bñmeritarū pſonarum
faciēdas impediri, qcūq; facultates & idul
ta, qbuſuis Pñarchis, Archiepis, & epis, ac
aliis ordinariis, collatorib. nō tñ. S. R. Ec.
Cardinalibus quādiu vixerint, ſeu ad aliud
tps diſponendi de bñficiis eccleſiaſticis ſe
cularibus, vel regularibus, ad eorum colla
tionem ſeu quāuis aliam diſpoſitionem p-
tinentibus etiā ſi diſpoſitioni Apoſtolicæ

vt præfertur reſeruata,ſeu affecta forēt, in
aliis quam alternatis, vel eiſdē ordinariis
collatoribus per Sanctitatem ſuam vigo-
re conſtitionum ſuarum,aut Cancellariæ
Apoſtolicæ regularum, cōceſsis mēſibus,
ac etiam quo ad beneficia eidē diſpoſitio-
ni ſuæ reſeruata,ſeu affecta dūtaxat,in eiſ-
dem alternatis menſibus pro tempore va-
cantibus,per ipſam Sanctitatem ſuam, &
ſedem Apoſtolicam etiam motu proprio
& ex certa ſcientia,ac de apoſtolicæ pote-
ſtatis plenitudine &c.Imperatoris, Regū,
Ducum,aut aliorum Principum conſide-
ratione,& ex quibuſuis etiam vrgētiſsimis
cauſis,ac cum quibuſuis declarationibus,
& mentis ſuæ atteſtationibus, ac a reuoca
tionibus præſeruatiuis aliiſqꝫ efficaciori-
bus & inſolitis clauſulis nec non irritanti
bus,& quod illis niſi certis in eis expreſſis
modo & forma derogari nō poſſet,aut qđ
illa nullatenus reuocari valerent, & quo-
tiens reuocarentur totiens de nouo,& ſub
Dat.per eos eligenda conceſſa & innoua-
ta eſſent,& eſſe cenſerentur,& ſic per quoſ
cūqꝫ Iudices iudicari deberet,aliiſqꝫ effica
cioribus,etiam vim contractus inducenti-

bus decretis,& alias qūolibet hactenus cō
ceſſa approbata & innouata, Quorum om
niūm tenores & formas ac decreta in illis
appoſita Sanctitas ſua haberi voluit pro
expreſsis,quo ad ea,in quibus vere & reali
ter non ſunt effectum ſortita , expreſſe re
uocauit decernens irritum &c,

Placet publicetur & deſcribatur. I.

Lecta & publicata fuit ſupraſcripta Regu
la Romæ in Cancellaria Apoſtolica. An
no Incarnationis Dominicæ , Milleſimo
Quingenteſimo quinquageſimo quinto,
die vero Iouis , decima menſis Octobris,
Pontificatus prælibati Sanctiſsimi Domi
ni noſtri D.Pauli PP.IIII. Anno Primo.

A.Lomellinus Cuſtos.

PROROGATIO EXPEDI-
tionis literarū fe. re. Pauli III.
ad ſex menſes.

SAnctiſſimus in Chriſto pater & Domi
nus Noſter Dn̄s Paulus diuina ꝓuidē
tia Papa IIII. ꝗ in craſtino ſuæ aſsūptiōis

ad ſummi Apoſtolatus apicē, per certā cō ſtitutionem ſuā voluerat ꝙ cōceſſa per fe. re. Iulium & Marcellum ṗdeceſſores ſuos, & de eorum mādato expedirētur in forma rōni cōgruit ſub die Coronationis ſuæ vt moris eſt & idē quo ad cōceſſa per piç me moriæ Paulum II. etiā ṗdeceſſorem ſuum ad ſex menſes dūtaxat ab ipſa die coronationis incipiendos obſeruari voluerat volens ipſorum qui literas ſuper cōceſſis per eundem Paulum prædeceſſorem nondum expediuerunt commoditatibus pariter & indemnitatibus conſulere dictos ſex menſes ad alios ſex menſes ex tunc proxime futuros prorogauit &c.

Placet publicetur & deſcribatur. I.

Lecta & publicata fuit ſupraſcripta regula Romæ in Cancellaria Apoſtolica Anno Incarnationis Dñicæ Milleſimo quingēteſimo quinquageſimo quinto die vero Iouis ſeptima menſis Nouembris Pontificatus præhbari Sāctiſſimi Dñi noſtri Papæ anno Primo.

A. Lomellinus Cuſtos.

CONSTITVTIO PER QVAM S.D.Noſter Aduocat ad ſe omnes cauſas pendentes inter Reuerendiſſimos Dominos S. R. E. Cardinales Et illarum ac futurarum cauſarum ſimilium deciſionem ſibi reſeruat.

MOtu proprio &c. Cum ſæpius etiã dũ in minoribus eramus in mente reuoluentes q̃ indecens & ſcandaloſum foret inter S.R.Ec.Cardinales iudicialiter corã alio quã ſummo Pontifice experiri,& poſt modum ad ſummi Apoſtolatus apicem aſſumpti cũ diuerſis S.R.Ec. Cardinalibus colloquendo conceptum & intentionem noſtram præfatam explicantes huiuſmodi noſtrum propoſitum collaudauerint,& ad inueniẽ modum per quem præmiſſis prouideretur nos exhortati ſint. Nosque etiam in publica ſignatura mẽtem noſtrã fore ꝙ cauſæ huiuſmodi per nos tantum terminarentur publice declarauimus, Licet ſuper hoc aliqua ſcriptura confecta non fuerit, Ac volentes omnino declarationem noſtram huiuſmodi plenum ef

fectum ſortiri debere tenore pñtium oẽs & ſingulas lites & cãs inter quoſcũqꝫ S.R.E. Cardinales ſuper quibuſuis rebus & bonis tã eccľiaſticis q̃ ſecularibus necnõ eccleſi is Monaſteriis, Prioratibus, hoſpitalibus, & piis locis, ac aliis quibuſcunque beneficiis eccleſiaſticis ſecularibus vel quorũuis ordinum regularibus ſeu illorũ ſpolio vel attẽptatis, aut innouatis, rebuſqꝫ aliis & illorum occaſione coram quibuſuis in iudicibus etiam eiuſdem S.R.E. Cardinalibus aut palatii Apoſtolici Cauſarum Auditoribus in quauis Inſtan. ac etiam in negotio exequutio vel reſtitutionis in integrũ quolibet vertentes & pendentes, etiã ſi ad illarum inſtructionem & concluſionem ſit proceſſum. Quorum omnium ſtatus &c. ꝑ expreſsis haberi volumus ad nos in eiſdẽ ſtatu terris in quibus reperiuntur aduocamus cognitionemqꝫ & deciſionem illarũ nobis reſeruamus. Deciſioniqꝫ & terminationi per nos ſuper illis faciendæ appoſitione quæcunqꝫ etiam alias de iure admiſſibili reiecta & poſtpoſita ſtandum acquieſcendum & patienter omnino parendum & obediẽdũ fore ſtatuimus & ordinamus.

Ac ſi-

Ac ſimiliter in litibus & cauſis quæ de cætero inter eoſdē, S, R. E. Cardinales exoriri cōtigerint obſeruari volumus & mandamus, Inhibentes omnibus & ſingulis Iudicibus tā ordinariis q̄ delegatis ac quacūq; auctoritate fungentibus in virtute ſanctæ obediētiæ ne in cauſis inter Cardinales p̄fatos pēdētibus ipſiſq; ordinariis ne in illis q̄ de cætero corā eis introducerētur ad aliquē actum abſq; ſpeciali reſcripto manu noſtra ſignato, p̄cedere aut aliquid attemptare audeāt vel præſumāt; irritū quoque & inane quicquid in cōtrariū fieri cōtigerit ſublata eis alias iudicādi & interpretandi facultate & auctoritate decernimus præſenteſq; in Cancellaria ap̄lica publicari & ab omnibus inuiolabiliter obſeruari mandamus non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus Ap̄licis, priuilegiis quoq; & indultis eiſdem S. R. E. Cardinalibus per quoſcunq; Romanos Pontifices ac nos in genere vel in ſpecie cōceſſis confirmatis & innouatis etiā ſi de illis eorumq; totis tenoribus expreſſa ac de verbo ad verbum mentio ſpecialis faciēda foret, quorum omnium & ſingulorū tenores

cōtinentias & formas pro expreſſis haberi volumus & cæteris cōtrariis quibuſcunq;.

Placet Motu proprio. I.

Lecta & publicata fuit ſupraſcripta Cōſtitutio Romæ in Cācellaria Apoſtolica anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo quingēteſimo quinquageſimo quinto, Die vero Iouis Nona menſis Ianuarii, Pontificatus prælibati Sāctiſsimi Domini noſtri Papę anno primo.

ALIA PROROGATIO Expeditionum literarum Pauli IIII.

SAnctiſſimus in Chriſto Pater, & Dominus noſter Dn̄s Paulus Diuina prouidentia Papa IIII. Qui in craſtino ſuæ ad ſummi Apoſtolatus apicē aſſumptionis ꝑ quandā voluerat, ꝙ conceſſa per Fel. Recor. Iulium III. & Marcellū II. Romanos Pontifices ꝑdeceſſores ſuos, & de eorū mādato expedirentur in forma Rōni cōgruit ſub die Coronationis ſuæ, vt moris eſt, &

idem,quo ad cõceſſa,p Piæ memoriæ, Paulum etiã Tertiũ,& prædeceſſorẽ ſuũ ad ſex menſes,duntaxat ab ipſa die, Coronationis incipiendos,obſeruari,voluerat,& deinde per alias Conſtitutiones ſuas, in Cancellaria apoſtolica ſucceſſiue publicatas, dictos ſex menſes, ad alios ſex menſes ex tunc proxime futuros progauerat,volens eorum qui literas ſuper conceſſis, per eundem Paulũ,prædeceſſorẽ, nondum expediuerant,cõmoditati pariter,& indemnitati per amplius conſulere ſecundo dictos ſex menſes,ad alios ſex menſes, a fine ſecũdo dictorum ſex menſium computandos prorogauit.

Placet publicetur,& deſcribatur. I.

Lecta & publicata fuit ſupraſcripta Regula Romæ in Cancellaria Apoſtolica Anno Incarnationis Milleſimo quingenteſimo quinquageſimo ſexto die vero Iouis vigeſima prima menſis Maii Pontifica. præbati Sanctiſſimi Domini noſtri Papæ Anno primo.

DECLARATIO REGVLAE de publicandis reſignationibus.

SANCTISSImus in Chriſto Pater & D. N. D. Paulus diuina prouidẽtia Papa IIII. qui in craſtinũ ſuæ ad ſummi Apoſtolatus apicẽ aſſumptionis, prædeceſſorũ ſuorũ veſtigiis inhærẽdo, inter alia ſtatuit, & ordinauit, prout etiam ſinguli prædeceſſores præfati ſtatuere, & ordinare cõſueuerant, qd' quæcunq; beneficia eccleſiaſtica in Romana curia reſignata, niſi de illis factæ reſignationes infra ſex menſes a die datæ Publicationis & non a die præſtiti conſenſus cõputandos, vbi beneficia ipſa cõſiſterent, publicatæ forent, vel poſſeſsio illorum ab eis quos id cõtingeret petita extitiſſet, ſi reſignantes illa poſtmodũ in eorũdẽ reſignatorum beneficiorũ poſſeſſione decederẽt, nõ per reſignationem, ſed per obitũ hmõi vacare cenſerẽtur. Collationes quoq;, &

quæuis aliæ diſpoſitionẽs, de illis tanquã per reſignationẽ vacãtibus factæ & inde ſequutæ quæcunq; nullius ſint roboris, vel momenti. Et cui nuper innotuit nõnullos etiã iuris peritos, & dictæ curiæ officiales, ac cauſarũ Palatii Apoſtolici Auditores, contendere quod reſignationes de beneficiis in manibus prædeceſſorũ Sanctitatis ſuæ factæ, ſtatuto, & ordinationi prædeceſſorũ hmõi, tanquam illa per obitum eorũdem prædeceſſorum expirauerint, non ſubiiciãtur, & ſub ſtatuto, & ordinatione Sãctitatis ſuæ, tãquam futura, & nõ præterita cõcernentibus nõ comprehendãtur, & ſic occaſionẽ præſtare vt fraus fiat legi, & reſignationes hmõi infra dictos ſex menſes non publicentur, nec ipſorũ reſignatorum beneficiorum poſſeſſio ab eis quos id cõtingit petatur, quinimo reſignantes ipſi beneficia per eos reſignata, vſq; ad eorũ obitum ſine aliquo titulo detineãt, & eorũ fructus percipiant, in animarũ ſuarũ perniciem, & perſonarum de eiſdẽ beneficiis tanquam per obitum vacantibus pro tempore prouiſarum detrimentum. Volentes periculis animarum occurrere, & indem-

nitati perſonarum hmōi conſulere, declarauit ſuæ intentionis ſemper fuiſſe, & eſſe vt quæcunq; reſignatiões, de quibuſuis beneficiis eccleſiaſticis, etiam in manibus p̄decesſorum hmōi eatenus factæ, & nōdū ſuum plenarium effectum ſortitæ, etiam ſi infra ſex menſes obitum eorundem prædeceſſorum præcedentes factæ, nec ſuper illis cōſenſus tpe eorundem prædeceſſorum præſtiti fuerint, ſtatuto, & ordinationi ſuis prædictis ſubiicerentur, & ſubiiciātur de præſenti, & ſub illis cōprehenderentur, & comprehendātur de præſenti. Quodque ſi nō ſatisfacto ſtatuto, & ordinatiōi ſuis huiuſmodi, ii qui beneficia prædicta in manibus eorundē prædeceſſorum reſignauerāt in eorūdem reſignatorum beneficiorū poſſeſſione decederent, beneficia ipſa nō per reſignationem, ſed per obitum hmōi vacare cenſerentur, & in poſterum cenſeantur, Collationes quoque, & quæuis aliæ diſpoſitiones de illis tanquam per reſignationē vacantibus factæ, & faciēdæ, & inde ſequuta, & ſequenda quæcunq;, nullius eſſent, & in poſterum ſint roboris, vel momenti. Decernens ſic & nō aliter per quoſcunq;